This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Koehler - Notae et emendationes in Theocritum - 1767

394

Digitized by Google

Gt 14.394



SAVE 3

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

1.25-W
W
X

Digitized by Google

coll. pert. H. Drury. Harrow, 1820. C. 271. 2.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOTAE ET EMENDATIONES IN THEOCRITVM.

ACCEDIT

SPECIMEN EMENDATIONVM IN SCRIPTORES ARABICOS.

SCRIPSIT

IO. BERNHARDVS KOEHLER,

PHILOS. ET HISTORIAR. PROF. PVBL. EXTRAORD. IN ACADEMIA KILONIENSI.

LVBECAE

APVD ION. SCHMIDT ET DONATIVS

MDCCLXVII.

Digitized by Google

Gt 14.394

Harvard College Library
Bowie Collection
Gift of
Mrs. E. D. Brandegee
Nov. 9, 1908

Digitized by Google

ERVDITO LECTORI

S. D.

IO. BERNHARDVS KOEHLER.

Non dubito, Erudite Lector, fore plerosque, qui mirentur, cum videant ſcripſiſſe me notas et emendationes in Theocritum, poſtquam pulcherrimum Poetam nuper a foediſſimis vitiis tanta accuratione perpurgatum dedit Reiſkius V. C., vt aliorum induſtriae vel felicitati parum admodum ab eo relictum videatur. Quare in rem meam ſaltem fuerit monere, quid me in conſilium animadverſionum Theocritearum conſcribendarum coniecerit.

Gt 14.394
*



SAVE 3

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

1.25 W

Digitized by Google

coll. perf. H. Drury. Harrow,
1820. C. 271. 2.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOTAE
ET
EMENDATIONES
IN THEOCRITVM.

ACCEDIT
SPECIMEN
EMENDATIONVM
IN
SCRIPTORES ARABICOS.

SCRIPSIT
IO. BERNHARDVS KOEHLER,
PHILOS. ET HISTORIAR. PROF. PVBL.
EXTRAORD. IN ACADEMIA
KILONIENSI.

LVBECAE
APVD ION. SCHMIDT ET DONATIVS
MDCCLXVII.

Digitized by Google

Gt 14.394

Harvard College Library
Bowie Collection
Gift of
Mrs. E. D. Brandegee
Nov. 9, 1908

Digitized by Google

ERVDITO LECTORI

S. D.

IO. BERNHARDVS KOEHLER.

Non dubito, Erudite Lector, fore pleroſque, qui mirentur, cum videant ſcripſiſſe me notas et emendationes in Theocritum, poſtquam pulcherrimum Poetam nuper a foediſſimis vitiis tanta accuratione perpurgatum dedit Reiſkius V. C., vt aliorum induſtriae vel felicitati parum admodum ab eo relictum videatur. Quare in rem meam ſaltem fuerit monere, quid me in conſilium animadverſionum Theocritearum conſcribendarum coniecerit.

Digitized by Google

Nempe tribus abhinc annis Leidae agentem, cuius feliciſſimi temporis mei nunquam ſine voluptate recordor, certiorem per literas faciebat Cl. Reiſkius, recepiſſe ſe Theocritum edendum, et plurimis iam locis ex Aldina principe Romanaque Zach. Calliergi editione primigeniam Poetae reddidiſſe integritatem, quam iuniores editores ſuis commentis obliteraſſent. Rogabat etiam, quoquo modo iuuare poſſem ſuam de Theocrito bene merendi voluntatem, darem manus auxiliatrices, atque ita adirem perpetua illa literarum et Belgii decora Tib. Hemſterhuſium, qui iam meliori vita fruitur, Abr. Gronouium, Dau. Kuhnkenium, rogaremque ſuo nomine, ſi quid iis eſſet, vnde cultior fieri poſſet Poeta, vt id ſibi ne negarent. Facile tunc obtinui ab Gronouio Viro humanitate iuxta et eruditione conſpicuo Codicum quatuor Mediceorum διαφόρους γραφὰς a Patruo eius Laurentio Theodoro Florentiae olim excerptas, ac ſtatim miſi ad Cl. Reiſkium, cui quam acceptum fuerit munus Gronouianum, teſtatur ipſius ad ſecundum Theocriti volumen praefatio.

Coepi

Digitized by Google

Coepi autem tum temporis ego quoque ſuauisſimum Poetam, cuius admirabili ſimplicitate ac venuſtate adoleſcentulum iam delectari bene commemini, diligentius et cum cura legere eo conſilio, vt ſi quid deprehenderem latentis vitii, in margine notarem ac corrigerem, et quae olim annotaram, iterum examini ſubiicerem. Hinc natae mihi variae ſuper variis locis coniecturae, quas tandem cum in itinere literario Lutetiam Pariſiorum veniſſem, ad Cel. Reiſkium miſi cum voto, vt ſi dignas iudicaret, cum ſuis in Theocritum animaduerſionibus publici iuris faceret, non quod ingenium Viri κϱιτικώτατον meis indigere putabam admonitionibus, ſed vt in praeſtantiſſima Poetae, quem nunquam non amaui, editione exſtaret etiam voluntatis meae et grati erga Praeceptorem optimum animi documentum.

Sed bene eſt, quod nimis ſero venerunt iſtae animaduerſiones meae Theocriteae ad Cl. Reiſkium, neque adeo Reiſkianis potuerunt adiungi profligata iam et pene ad exitum adducta operis

Digitized by Google

impreſſione. Poſtea enim quam ſchedas meas nuper a Viro Celeberrimo recepi, vidi excidiſſe quaedam non lente feſtinanti minime probanda, et gratias habeo Viro optimo, quod eas orbi erudito negando exiſtimationis meae rationem habuerit.

Retractaui igitur coniecturas et obſeruationes meas in Theocritum, et quae vidi a Cl. Reiſkio iam occupata, exegi, niſi quod adderem in promtu eſſet aut mea paululum ab Reiſkiana diſcreparet opinio, nec parum tamen easdem auxi, atque ita δευτέρας in Theocritum φροντίδας chartae in publicum exiturae committere auſus ſum.

Habes, Erudite Lector, breuem libelli hiſtoriam, in quo quid praeſtiterim, meum non eſt iudicare, ſed Tuum arbitrari, an Muſis Gratiisque non invitis ad ſuauiſſimum Poetam tractandum acceſſerim. Prima quidem cura mea in eo eſt verſata, vt Theocrito menda vel a librariis vel ab editoribus inuecta eximerem, neque operam me luſiſſe exiſtimabo, ſi vel paucas quasdam tam

pulchro

Digitized by Google

pulchro corpori abſterſiſſe me maculas iudicauerint Viri, quorum valebit exiſtimatio. Correxi vero ſubinde etiam ſcholia, quam camarinam immotam relinquere ſatius putauit Cl. Reiſkius, et loca quaedam Poetae obſcura atque ambigua pro ſenſu meo illuſtraui et explicaui.

Quid ſentirem, indicaui vbique libere ſine ira et ſtudio, quorum cauſas procul habeo. Nec diſplicebit, ſat ſcio, iſte animi mei habitus Cl. Reiſkio: ſed hoc moneo, ſilentio me meo non probare voluiſſe quidquam, vti nec ea, quae vere et iure a Viro Celeberrimo mutata puto, opus habebant mea confirmatione.

Plura, credo, et exquiſitiora dare potuiſſem, et rariores fortaſſe forent noſtrae aberrationes, ſi libros quosdam maioris pretii auctorumque editiones vel ipſe habuiſſem vel aliunde potuiſſem nanciſci. Nunc quoniam ibi terrarum degimus, vbi noſtra fere in hoc maxime ſtudiorum genere contenti eſſe cogimur ſuppellectili, quae, ſicuti plera-

 que

Digitized by Google

que iuuenum, ſatis curta eſt; maluimus tamen paucioribus defungi, quam chartas premere, ex quibus ſaltem aliqua ad ſtudioſos literarum redundare poſſet vtilitas. Theocriteis vero ſubiunxi praeter trium Idylliorum interpretationem vernaculam ſpecimen emendationum in Scriptores Arabicos, quod vt cognoſcant lapſusque crebros fortaſſe ac turpes ignoſcant, harum literarum peritos etiam atque etiam rogo. Quorum voluntas ſi ad nos acceſſerit creſcendique dederit copiam; pergam in hac tela texenda, ac porro omnem dabo operam, vt de hiſtoria et literis Orientalibus indignum in modum noſtra aetate neglectis bene meream, qui eum eſſe quaeſtum in animum induxi maximum, quam maxime ſeruire literarum commodis.

Scripſi Kilonii a. d. XXIII. April.
MDCCLXVII.

Digitized by Google

NOTAE ET EMENDATIONES
IN THEOCRITVM.

IN IDYLLIVM I.

V. 1.

Ἁδύτι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς, αἰπόλε τήνα Ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται) Malit *Reiſkius* V. C. τοι ψιθύρισμα, cui quo minus ſubſcribam, obſtat, quod omnes veteres Grammatici, qui initium carminis citant, laudati ad h. l. a Viro Cel., quem modo nominaui, habent τὸ ψιθύρισμα. Neque aliter *Phavorinus* v. ψιθυρίζει, vbi pro σχιζομένης τῆς φωνῆς ex Scholiaſte *Theocriti* reponendum σχ. τῆς πνοῆς. Si quid hic in Poeta tentandum, putarem legendum:

Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμά, τοι ἁ πίτυς, αἰπόλε, τήνα,
Ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται —

vt haec eſſet conſtructio verborum: ἡδύ τί ἐστι τὸ

ψιθύρισμα, ὃ ἐστι, αἰπόλε, ἡ πίτυς ἐκείνη, ἡ πρὸς ταῖς πηγαῖς οὖσα, μελίζεται. Ἁ in ſecundo verſu ſcribendum eſſe pro Ἃ, monuerat iam *H. Stephanus*, cui obſequi debuerant poſteriores *Theocriti* editores.

V. 17. ἐντί γε πικρὸς) Malim ἐντί δὲ πικρὸς, quod dat *Stobaeus* Serm. XX. p. 170. ed. Geſner.

V. 19. Τὺ γὰρ δὴ Θύρσι τὰ Δάφνιδος ἄλγεα εἶδες) Triplicem commemorat Scholiaſtes ſcripturam, vnam ἄλγε᾽ ἄειδε, alteram ἄλγε᾽ ἄειδες, tertiam denique, quam et ipſe meliorem putat, ἄλγεα ᾔδεις. Ego vero ob verſum maxime ſequentem praeferendam putem eam quam ſecundo loco poſui, ἄλγε᾽ ἄειδες.

Ad v. 26. ſe ſcire putat Scholiaſtes, vnde ἡ πέλλα dicta ſit. τοὺς δὲ ἀμολγοὺς, inquit, πέλλας καλοῦσι παρὰ τὸ πίνειν αὐτοὺς, ſcil. γάλα, quod lac bibant et capiant. Sic enim ſcribendum puto, non παρὰ τὸ πίνειν ἐν αὐτοῖς. Quod ſequitur ὅ ἐστι γαλακτοδόκον ἀγγεῖον nouum eſt ſcholion capite ſuo truncatum.

Ad v. 24. quae in Scholio leguntur, ἐθειράδες, καὶ καθήκοντες τὰ γένεια, ἢ κομῶντες, quid ſibi velint, non coniicio. Quare donec meliora fuero edoctus, legam: ἐθειράζοντες, καθηβῶντες τὰ γένεια, ἢ κομῶντες. Mox ex illo ἔθειρα δὲ ἡ θρὶξ ἡ ἐξ ἔθους τημελουμένη corrigere poteris *Phauorinum*, apud quem perperam editum eſt: ἔθειρα, κόμη τῇ μελουμένῃ. Verſus qui ſequitur *Homericus*,

κνάνεαι δ᾽ ἐγένοντο γενειάδες ἀμφὶ γένειον,

de

de quo quod emendatio *Ariſtotelis* γενειάδες legendis pro ἰθειράδες ad nos peruenerit, quam iure merito probat magnus *Caſaubonus*, gratiam in ſolidum debemus Scholiaſtae noſtro, legitur Odyſſ. Π. v. 176. Verum de emendatione *Etymologici M.* Viro ſummo, quem modo nominaui, pro γὰρ ſcribenti κακῶς non adſentior. Scribendum erat, me iudice: γενειάδες αἱ κατὰ τῶν γενείων γεννώμεναι τρίχες, τινὲς δὲ γράφουσι ἐθειράδες. Saepiſſime enim conſtat, τὸ γρ. in libris graecis fuiſſe in γὰρ mutatum.

In Scholio ad v. 27. illa ὀλίγῳ δ'. ἤδετο κισσυβίῳ (ſic enim ſcribendum) *Callimachi* eſſe non *Heſiodi* monuit ad h. l. *Heinſius*. Decerpta vero ſunt ex diſticho ab *Athenaeo* et *Macrobio* ſeruato, quod fragmentum Cyrenaei vatis CIX fecit *Bentleius*. Mox illa, κεκλυσμένον ἅδει κηρῷ, ἤγουν λελυμένον κηρῷ, κεχρισμένον, ὃ καὶ κεκονισμένον δι κοινοί φασιν, corruptelam manifeſto indicant. Reponendum vtique: ἤγουν λελυμένῳ κηρῷ κεχρισμένον.

Ad v. 52. in Scholio deprauata ſunt haec: Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Δοριεύς φησιν οὐ λέγεσθαι τὸν τῆς ἀσφοδέλου καυλόν. Scribendum ſenſu contrario: Ἀπ. δὲ ὁ Δ. φ. οὕτω (ἀνθέρικον) λέγεσθαι τὸν τῆς ἀσφοδέλου καυλόν. *Phavorinus* ad hunc ipſum locum *Theocriti* reſpiciens, ἀνθερίκεσσι, ait, παρὰ Θεοκρίτῳ. ἀνθέρικος ὁ τῆς ἀσφοδέλου καρπὸς ἢ καυλός, ὥς φησιν Ἰδαῖος τε καὶ Θεόφρασος. Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Δοριεὺς τὸν καυλὸν μόνον οὕτω καλεῖσθαι βούλεται.

V. 56. Mihi quidem, fateor, magis placet vulgata lectio αἰπολικὸν i. ποιμενικόν τι θάημα, illa altera,

altera, quam ex *Heſychio* ſubſtituerunt V.V. D. D. ἀιολικόντι θάμα. Hanc ingenio librariorum vel *Heſychii* deberi et natam puto ex verſu proxime ſequenti. Neque ego ſpreuero vulgatam in Lexicographo, quem nominaui, ſcripturam: Αἰολικὸν θάμα ἀντὶ τοῦ ἀιολικὸν παρὰ Θεοκρίτῳ (γεαφητέον δηλόντι); ἡ γὰρ καλυθὼν Αἰολὶς ἐκαλεῖτο.

V. 65. Θύρσις ὅδ' ὡξ Αἴτνας, καὶ Θύρσιδος ἀδέα φωνά) Legendum puto: Θύρσιδος ἅδε ἁ φωνά, vel Θύρσιδος ἁδέ' ἁ φωνά, *hic eſt Thyrſis ille ex Aetna et Thyrſidis dulcis illa uox.*

V. 82. Δάφνι τάλαν τί τὺ τάκεαι; ἁ δὲ τὲ κώρα Πάσαν ἀνὰ κράναν πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται) Scribendum forte: ἁ δ' ἔτι κώρα vel ἁ δὲ τί κώρα – φορεῖται.

V. 102. Ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ' ἅλιος ἄμμι δεδύκει Δάφνις) An φρ. πᾶς ἅλιος ἄμμι?

Apud Scholiaſten ad v. 109. in verſu *Heſiodi*, qui eſt Ἐργ. 693, pro ὡραῖαν repone ὡραῖος, ut recte dedere Aſcraei vatis editores, nec meorum Codicum quisquam diſſentit.

V. 110. Καὶ πτῶκας βάλλει, καὶ θηρία τ' ἄλλα διώκει) Frigidum mihi iam dudum viſum eſt illud τ' ἄλλα et mutandum cum πάντα, quod ſe in veteribus libris reperiſſe tradit Cl. *Reiſkius*, qui tamen malit δ' ἄλλα.

IN

IN IDYLLIVM II.

V. 3. Ὡς τὸν ἐμοὶ βαρὺν εὖντα φίλον καταθύσομαι ἄνδρα) Forſitan quis malit: τὸν ἐμὲ βαρυνεῦντα φίλον eo ſenſu, quo *Callimachus* dixit Hymno in Delum v. 213.

τί μητέρα κοῦρε βαρύνεις;

In ſcholio deleri velim illud ἢ καταγοητεύουσα poſt ἤγουν καταγοητεύσω, ex quo natum eſt:

V. 18. Ἄλφιτά τοι πρῶτον πυρὶ τάκεται, ἀλλ' ἐπίπασσε) Legendum crediderim: ἀλλ' (ἄλλα ἄλφιτα) ἐπίπασσε. De ſcholio ad hunc verſum audiendus omnino *H. Stephanus. Legitur apud Scholiaſten*, inquit Theſ. Gr. L. Tom. III. col. 675 a: ῥόμβος δὲ, ὃν οἱ Ἀττικοὶ κόρυμβον καλοῦσι, παρόσον τέλειός ἐστιν ἀριθμὸς ὁ τρεῖς, *atque ita ſcriptum habent vulgaria Lexica; ſed lectorem non celabo, inter* καλοῦσι *et* παρόσον *deeſſe quaedam verba, minime*-[illegible] *intellexiſſe illum, ideo* ῥόμβον *vocari ab Atticis* κόρυμβον, *quod ternarius numerus ſit perfectus. Ita enim vetus codex:* τὸν δὲ ῥόμβον οἱ Ἀττικοὶ κόρυμβον καλοῦσι. ἐς τρὶς δὲ πάντα ἐπόιουν διὰ τὸ τέλειον τοῦ γ ἀριθμοῦ. Sunt igitur haec Scholio inſerenda, quae ſeſe in veteri codice reperiſſe teſtatur *Stephanus*. Sed hoc miror, Viro Graece eruditiſſimo τὸ κόρυμβον non fuiſſe de mendo ſuſpectum. Mihi quidem probanda omnino ac tollenda videtur elegantiſſimi *Pierſoni* coniectura, quam nos docuit *Ruhnkenius* V. C. ad *Timaei* Lex. Platon. p. 164. ῥόμβον reponentis pro κόρυμβον. Quanquam vt plura ſcripturae vulgatae veſtigia ſeruentur, ſcribi

bi poſſit τὸ ῥύμβιον. Scholiaſta ad *Apollon. Rhod.* IV. v. 144. τὸ κινούμενον τροχίσκιον ὑπὸ τῶν φαρμακίδων ῥύμβιον καλεῖται. De rhombo omnino legi merentur, quae habet *Euſtathius*, qui diſerte etiam ſcripturam vocabuli per υ confirmat, ad *Dionyſ. Perieg.* v. 1131. (pag. 153. ed. *Rob. Stephani*, qua ſola vtor) Ἔστι δὲ ῥόμβος καὶ τις τροχὸς, ὃν στρέφοντες ἐν ἱμάντι καὶ τύπτοντες ἐκτύπουν, ῥόμβος κατὰ ὀνοματοποιΐαν καλούμενος. Ἀπολλώνιος οὖν ἐν Ἀργοναυτικοῖς, λέγει, ῥόμβῳ καὶ τυμπάνῳ ὑπὸ Φρυγῶν τὴν Ῥέαν ἱλάσκεσθαι. Ἔστι δὲ καὶ φαρμακίδων τροχὸς ὁ ῥόμβος παρὰ Θεοκρίτῳ καταγοητευόμενος ἐν τῷ στρέφεσθαι (*qui incantatur, dum circumagitur*). τινὲς δὲ ῥύμβον γράφουσι διὰ τοῦ υ ὡς Εὐριπίδης ἐν Πειρίθῳ αἰθέριον ῥύμβον φησὶν, ὅ ἐστι στροφὴν καὶ τροχοειδῆ κίνησιν. ἀπὸ τούτου δὲ καὶ τὰς κινήσεις ὁ Ἀπολλώνιος ῥυμβόνας καλεῖ, καὶ τάχα καὶ ἡ παρὰ τῷ Αἰλιανῷ κειμένη ἄπορος λέξις, τὸ ἐρρυμβόνα ἐκ τοιούτου τινὸς ἔσχε τὴν ἀρχὴν, ἐν οἷς λέγει ὅτι ἐσπᾶσθαι καὶ εἰς ἀσωτίαν ἐρρυμβόνα τὰ τιμιώτατα. Loci *Apollonii* ſunt I, 1139. IV, 144. Fragmentum *Aeliani* recitat etiam *Suidas* V. V. ἐρρυμβόνα et ῥυμβών. At vtrumque locum videndus eſt *Kuſterus*, qui merito videt lepidum *Kuhnii* commentum ad fragm. *Aeliani* ex *Suida* coll. p. 200. ἐρρυμβόνα eſſe duas voces Latinas *rerum bona*, accurate etiam refutatum a *Perizonio*, Viro elegantiſſimo.

In Scholio ad v. 67. ſcribe: ἔζωγρα φημένα δὲ ταῦτα, ὡς ἔοικεν, ἐκομπεύετο. ἐν αὐτοῖς δὲ καὶ λέαινα ἐκομπεύετο, non ἐκόμπευε.

Digitized by Google

V. 79. Στήθεα δὲ ςίλβοντα πολὺ πλέον, ἢ τὸ Σελάνας recepit ex veteribus libris Cl. *Reiſkius.* Ac certe *pectus lunae* digna eſt poetae ſententia. Verum hic in precibus ad Lunam praefero alteram ſcripturam, ἢ τὺ Σέλανα. Solent enim in vniuerſum cum luna poetae veteres omnem formae pulchritudinem conferre. De qua imagine Arabicis poetis in primis familiari nuper quaedam ſcripſimus in Obſeruationibus ad S. C. philolog. ad Cant. Sal. VI, 10. *Horatius* l. II. Od. V. v. 18.

Chloris albo ſic humero nitens
Vt pura nocturno renidet
Luna mari.

V. 80. Ὡς ἀπὸ γυμνασίοιο καλὸν πόνον ἄρτι λιπῶσι) Λιπόντων reuocauit ex veteribus libris Cl. *Reiſkius*: Mihi magis placeret Datiuus pluralis Doricus λιπεῦντι, qui facile potuit a librariis Doriſmi ignaris, in λιπόντων mutari.

V. 85. ἐδ' ὡς πάλιν οἴκαδ' ἀπῆνθον, Ἔγνων· ἀλλά μέ τις καπυρὰ νόσος ἐξαλάπαξε) Suſpicabar aliquando, ſcribendum eſſe μ' ἔγνων, nec forte in eo falſus fui.

Verſus ſequens

Κείμαν δ' ἐν κλιντῆρι δέκ' ἄματα καὶ δέκα νύκτας

frigidus ille et inuenuſtus, meo iudicio, quum ſalua ſententia abeſſe poſſit, ex iis eſſe videtur, quos magus male ſedula ſuauiſſimo Poetae inſerſit.

V. 118.

V. 118. Ἤνθον γὰρ κἠγὼ, καὶ τὸν γλυκὺν ἦνθον ἔρωτα. Ἢ τρίτος ἠὲ τέταρτος ἐὼν φίλος αὐτίκα νυκτος) Sententia huius loci mihi videtur haec eſſe: *Veniſſem enim et ego veniſſem, inquam, per dulcem amorem, vel tertius iam vel adeo quartus amaſius, ſtatim cum nocte*, h. e. ſimul atque adueſperaſſet. In verſu 127. pro ἄλλα *Andr. Schottus* Obſeru. human. l. II. c. 46. ſe in codice Toletano teſtatur diſerte ſcriptum reperiſſe ἀλλᾶ, ſed neſcio ſitne vitium operarum, legeritque *Schottus*, quod in Florentina eſſe notat Cl. *Reiſkius*, ἀλλᾷ.

V. 125. Καὶ καλὸς πάντεσσι μετ' ἠϊθέοισι καλεύμαι) Ἠΐθεος, vt conſtat, vocabulum poeticum iuuenem notat, plerumque maturum atque idoneum connubio, ſed innuptum. *Suidas*: ἠΐθεος, ἄφθαρτος πρὸς γυναῖκας. ἐν Ἐπιγράμματι·

Ἠϊθέοις ὀυκ ἔςι τόσος πόνος, ὁππόσος ἡμῖν
Ταῖς ἀπαλοψύχοις ἔχεαι θηλυτέραις.

Suppleui diſtichon ex Epigrammate vnde decerptum eſt, *Agathii Scholaſtici*, quod legitur in Anthologia *H. Stephani* l. VII. p. 465. Vocabulum ἠΐθεος vero reddi velim Epigrammati XXXIX. eorum, quae nuper edidit Illuſtriſſimus *Klotzius*·

Ἀντίοχον λιπαρῶν ἄνθεμον ἠϊθέων.

ſcribendum erat procul dubio, non ἠε θέων.

V. 151. Ὀυκ ἔφατ' ἀτρεκὲς ἴδμεν· ἀτὰρ τόσσον αἰὲν ἔρωτος Ακράτῳ ἐπεχεῖτο). Venerat in mentem coniectura: ἀτὰρ τόσον αἰὲν ἐς ὦτα,

ſcilicet

ſcilicet loquebatur iſta mulier. Verum eam nunc retracto, ac verba *Theocritea* hunc in modum interpuncta,

ʼΟυκ ἔφατʼ ἀτρεκὲς ἴδμεν, ἀτὰρ τόσον· αἰὲν ἔρωτος
Ἀκράτω ἐπεχεῖτο —

ita explico: *Id quidem ſe certo ſcire negabat, vtrum foeminae an maſculi amore teneretur, ſed hoc affirmabat: ſemper ille* ἔρωτος χάριν ἐπεχεῖτο ἀκράτου, *in amorem ſuum*, in nomen amici vel amicae, *infundebat merum*.

IN IDYLLIVM III.

V. 5. Τὸν Λιβυκὸν Κνάκωνα φυλάσσεο, μή τυ κορύψῃ) Apud *Phavorinum*, qui haud ſpernendam habet ſcripturam, μή τι κορύψῃ, paullo emendatius quoque legitur Scholion. Κορύψῃ, Θεόκριτος· μή τι κορύψῃ, ἀντὶ τοῦ κερατίσῃ· τὸ γὰρ κορύπτειν ἀντὶ τοῦ κερατίζειν ʼΑττικοί φασιν, ὡς συντρεχόντων ἀλλήλοις τῶν κριῶν καὶ ταῖς κορυφαῖς πληττόντων καὶ ῥηγνυμένων.

V. 19 ſeqq. Vereor, ne inter verſum 19 et 21 alius exciderit. Ipſe indicio eſſe videtur verſus 20, huc forte ex Idyllio XXVII, in quo quartus eſt, translatus, vt lacunam in Codice ſuppleret. Diu eſt, quum hanc ſuſpicionem cepi, et *Theocrito* meo in margine adſcripſi, ſed nuper libens vidi, poſtquam a Cl. *Reiſkio Fulvii Vrſini* Virgilium illuſtratum commodatum accepi, idem iam animaduertiſſe *Valckenarium* V. C. Ep. ad Röuerum p. XXVII., cui neque poſſum non adſentiri, quum

Digitized by Google

eodem loco illud ὡς τὺ φιλέεσι monet ab hoc loco eſſe alienum, (deſumtum enim et hoc ad hiatum ſupplendum ex Id. XXVII, 6.) et pro πρόσπτυξαι με, *amplectere me* reponi vult, προσφθύσδες id eſt, προσπτύεις με, *deſpicis me.* Elegantiſſimam hanc ac veriſſimam animaduerſionem *Valckenarianam* cum pluribus aliis neglexit Cl. *Reiſkius* in animaduerſionibus ſuis ad Poetam noſtrum enotare.

V. 24. Ὦ μοι ἐγὼ τί πάθω; τί ὁ δύσσοος; ὀυχ ὑπακόυεις;) Ita habemus hunc verſum ex mente *H. Stephani* diſtinctum, quod ex eius nota ad h. l. patet. Neque ego hanc interpunctionem improbo, magis placeret tamen: ὀυχ ὑπακόυεις ſine interrogandi nota, vel etiam, ſi Codices accederent: τί με δύσσοον ὀυχ ὑπακόυεις.

V. 27 ſeq. Κὴκα μὰ 'ποθάνω, τό γε μὰν τεὸν ἁδὺ τέτυκται. Ἔγνων πρὰν, ὄκά μεν μεμναμένῳ ἐι φιλέεις με) Haec mea de ſententia hunc in modum interpretanda: *Ac profecto ſi moriar, tu inhumana etiam ex eo voluptatem capies. Cognoui id nuper, me a te non amari, quum quaererem, an me amares.* In recenſione Reiſkiana ab operis ita peccatum eſt: Κὴ κα μὴ 'ποθάνω.

IN IDYLLIVM IV.

V. 1 ſeq.

B. Ἐιπέ μοι ὦ Κορύδων, τίνος αἱ βόες; ἢ ῥα Φιλώνδα

K. Ὀυκ· ἀλλ' Ἄιγωνος· βόσκεν δέ μοι αὐταὶς ἔδωκεν.

Omnino

Omnino adhuc verum puto, quod dudum legi, et ex ingenio reſtituit Cl. *Reiſkius*:

βόσκεν δέ μοι αὐτὸς ἔδωκεν.

Ita enim mihi dubium vix eſt, quin legerit perpetuus ille in Bucolicis *Theocriti* imitator *Virgilius*, qui hunc locum paene ad verbum conuertit Ecl. III. v. 1 et 2.

> M. *Dic mihi, Damoeta, Cuium pecus? an Meliboei?*
> D. *Non, verum Aegonis: nuper mihi tradidit Aegon.*

Ad v. 16. Scholiaſtes, τὴν σιαγόνα τοῦ δρόσου, inquit, πρῶκα λέγουσιν, ἀπὸ τοῦ πρωὶ περπεσθαι, καὶ Καλλίμαχος· Ὥσπερ ἐκεῖναι πρῶκες ἔραζε πεσοῦσαι, πρώκιον ἐνδυκέως εἶδαρ ἔδων, non ἐῶν, quod eſt, operarum vitio, in recenſione *Reiſkiana*. Miror autem τὸν πάνυ *Caſaubonum* ſecum in errorem traxiſſe *Callimachi* editores: ita enim de eius ſententia atque auctoritate conſtitutum eſt hoc Cyrenaei vatis fragmentum p. 366. ed. *Erneſt.*

> ὥσπερ ἐκεῖναι πρῶκας ἔραζε πεσοῦσαι.
> Πρώκιον ἐνδυκέως τέττιγος εἶδαρ ἔδων.

Quanquam dudum monuerat *D. Heinſius* Lect. Theocrit. cap. VIII. p. 321., priora verba *Callimachia* petita eſſe ex Hymno in Apollinem v. 40 ſqq.

> Οὐ λίπος Ἀπόλλωνος ἀποστάζουσιν ἔθειραι,
> Ἀλλ' αὐτὴν πανάκειαν· ἐν ἄστεϊ δ' ᾧ κεν ἐκεῖναι
> Πρῶκες ἔραζε πέσωσιν, ἀκήρια πάντ' ἐγένοντο.

In his enim quis non videt fragmentum *Callimachi* a Scholiaſte citatum?

Digitized by Google

ἐν ἄστεϊ δ' ᾧ κεν ἐκεῖναι

Πρώκες ἔραζε πέσωσιν.

Ἐν ἄστεϊ ſcripſi *Heinſium* obſequutus pro eo, quod editum eſt, ἐν ἄστει. Aliunde vero adducitur alterum fragmentum poeticum ac forte etiam *Callimachium* πρώιον (ita lego cum *Heinſio*) ἐνδυκέως εἶδαρ ἔδων; aut ipſa erit explicatio verborum *Theocriti* πρῶκας σιτίζεται, modo ſcripſeris: πρώιον εἶδαρ ἐνδυκέως ἔδει.

V. 28. Χἀ σύριγξ εὐρῶτι παλύνεται, αἴν ποτ' ἐπάξω) *Germanica editio* ἐπάξα, *vetus liber* ἐπάξας, inquit *A. Schottus* Obſeru. lib. II. c. 46. Vulgata vero lectio proba, tametſi nec ſpernanda ſit Toletani.

V. 42. ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες

recitat *Tzetzer* ad *Heſiodi* Ἔργων v. 96. Notum eſt illud *Ouidii*, qui forte ad hunc locum *Theocriti* reſpexerit:

Spes bona dat vires, animum quoque ſpes bona firmat.

Viuere ſpe vidi, qui moriturus erat.

V. 59. τᾶς ποτ' ἐκνίσθη) *Hemſterhuſius* ad *Xenoph. Epheſ.* Obſeru. Miſc. Vol. VI. p. 302. legendum putat τᾶς ποκ' ἐκνίσθης, qua quidem in re Viro Summo non adſentior.

IN IDYLLIVM V.

V. 10. Ὀυδὲ γὰρ Ἐυμάρα τῷ δεσπότῃ ἧς

τοι

τοι ἐνεύδεν) Legendum crediderim σῷ δεσπότῃ ἧς τῷ ἐνεύδειν vel ἧς τὸ ἐνεύδεν.

Scholiaſtes ad h. v. duplicem ſeſe narrat in libris ſuis reperiſſe ſcripturam ἐυμάρα (quod idem videtur putaſſe cum ἐυμαρὶς) et Ἐυμάρα, quae lectio haud dubie vera eſt. Verum hoc, quod dixi, ex verbis Graeci interpretis, vti nunc leguntur, nemo facile agnouerit. Ita enim habent: Ουδε γὰρ Ἐυμάρα] πρὸς ὑπερβολὴν τοῦτο ἔφη· λέγει δὲ μηδὲ αὐτὸν τὸν δεσπότην ἐυμάρα ἐπικεκοιμῆσθαι ἤγουν δέρματι. Ἄλλως· τὸ ἐυμάρα δέρματι φασὶν εἶναι, καὶ ὐ κύριον ὄνομα, ὥς τινες, ἵν' ᾖ, ὐδὲ γὰρ ὐδέ τῷ δεσπότῃ τῷ σῷ Ἐυμάρα καὶ δέρμα τι ἦν ὥς τε ἐνεύδειν. Repono: πρὸς ὑπ. τ. ἔ. λέγει δὲ μηδὲ αὐτὸν τὸν δεσπότην Ἐυμάραν ἐπικεκοιμῆσθαι, ἤγουν δέρματι. Ἄλλως. τὸ ἐυμάρα δέρμα τί φασιν εἶναι, καὶ ὀυ κύριον ὄνομα, ὥς τινες, ἵν' ᾖ ὐδὲ γὰρ ὐδὲ τῷ δεσπότῃ τῷ σῷ ἐυμάρα καὶ δέρμα τι ἦν ὥς τε ἐνεύδειν.

V. 29. ἀλλὰ γὰρ ὔυ τοι Ὤριφος ἰσοπάλης· τὺ (ἴδ' ὁ τράγος οὗτος) ἔρισδε) Scribendum puto:

ἀλλὰ γὰρ οὔπω
Ὤριφος ἰσοπαλής τοι; ἴδ' ὁ τράγος οὗτος· ἐρέιδω

Sed tibi nondum par eſt certaminis praemium haedus? ecce hircum hunc, pono illum.

Ad v. 34 Scholiaſtes: ἡ τιβὰς, ἥ ἐστιν ἔιδος βοτάνης. Scribendum crediderim: ἡ τίβας, ἥ ἐστιν ἔιδος τρωμνῆς ἐκ βοτάνης. Quid ſit τιβὰς, ſtragulum quippe et continuum quid, quod folia et herbas contineat, optime nos docet Noſter Idyll. VII. v. 67.

Χὡ τίβῆς ἐσσῦται πεπυκασμέναι ἐςτ᾽ ἐπὶ πᾶχυν
Κνύζᾳ τ᾽ ἀσφοδέλῳ τε πολυγνάμπτῳ τε σελίνῳ

ibique Scholiaſta τίβαι δέ ἐςι τρωμνὴ ἐπὶ τῆς γῆς ἐκ φύλλων.

V. 38. Θρέψαι καὶ λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας, ὥς τυ φάγοντι) Malim: Θρέψαι τὰς λυκιδῆς.

Ad v. 65. Interpres Graecus citat prouerbium: δρυὸς παρδυσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται, *quercu praeſente quiuis ligna colligit.* Sententia prouerbii ſatis eſt probabilis, ſed elegantior, ni fallor, foret, ſi haberemus: δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται, *lapſa arbore ligna quiuis colligit.* Hoc, quod dudum conieci, poſtea me docuit *Hadr. Iunius in Adagiis*, idem in mentem veniſſe magno *Eraſmo.* Vid. Collect. adagiorum Wechel. p, 106. a.

V. 85. Καὶ μ᾽ ἁ παῖς πωθορεῦσα, τάλαν λέγει, αὐτὸς ἀμέλγεις) Forte legendum: αὔτια ἀμέλγεις. Indicaret hoc multitudinem ouium.

V. 90. Κὴ μὲ γὰρ ὁ Κρατίδας τὸν ποιμένα λεῖος ὑπαντῶν Ἐκμαίνει) Docemur a *Virgilio*, qui hunc locum Ecl. III. v. 66. imitatus videtur hunc in modum:

At mihi ſeſe offert vltro meus ignis Amyntas.

τὸ ὑπαντῶν non vertendum eſſe *occurrens* ſed *ſeſe vltro offerens.* Mirifice vero blanditur elegans coniectura D. *Ruhnkenii* V. C. in Epiſt. Crit. I. p. 35., qui ipſum *Virgilium* praua codicis ſui lectione deluſum fuiſſe, et reponendum putat λῶος ὑπάγων. Ego equi-

Digitized by Google

equidem, modo acceſſerit vnius veteris libri auctoritas, libens amplectar ingenioſiſſimam Viri elegantiſſimi coniecturam prae vulgato iſto ὑπαντᾶν, quod eſt certe paullo frigidius.

Ad v. 92. Scholiaſtes: φυτάριον δὲ ὁ κυνόσβατός ἐστιν, ὅμοιον ῥόδῳ ἔχον τὸν καρπόν· ἔστι δὲ μεταξὺ θάμνου καὶ δένδρων, παρόμοιον ταῖς ῥοιαῖς ἢ ταῖς ῥοδέαις, ἀκανθῶδες, ὥς φησι Θεόφραστος· ἔστι δὲ ὁ κυνάκανθος. Locus *Theophraſti*, quem reſpexit Scholiaſtes, in Hiſtoria plantarum l. III. c. 18. p. 266. ed. *Io. Bodaei a Stapel* ita habet: τὸ δὲ κυνόσβατον τὸν καρπὸν ὑπέρυθρον ἔχει καὶ παραπλήσιον τῷ τῆς ῥόας (forte leg. τῷ τῆς ῥόδου) vt legiſſe videtur Interpres *Theocriti*). Ἔστι δὲ δένδρου καὶ θάμνου μεταξὺ καὶ παρόμοιον ταῖς ῥοιαῖς, τὸ δὲ φύλλον ἀγνῶδες. Repono ex Scholiaſte noſtro: τὸ δὲ φύλλον ἀκανθῶδες. *Athenaeus* ad finem libri II Deipnoſ. Δίδυμος ὁ γραμματικὸς, ἐξηγούμενος παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ τὸ κύναρος ἄκανθα μήποτε φησὶ τὸν κυνόσβατον λέγει, διὰ τὸ ἀκανθῶδες καὶ τραχὺ εἶναι τὸ φυτόν. *Dioſcorides* l. 1. c. 123. rubo canino tribuit ἀκάνθας περὶ ταῖς ῥάβδοις ἰσχυράς. In ſcholio illud ἢ ταῖς ῥοδέαις varia lectio videtur praecedentis ἢ ταῖς ῥοιαῖς, et vel inducendum, abeſt enim ab *Theophraſto*, aut mutandum in ἢ ταῖς ῥόδαις.

Ad v. 193. quae ſint ἄνδηρα, doceat nos Scholiaſtes vna alteraque menda eximendus: Κυρίως τὰ ἄνδηρα, τὰ ἐπάνω τῶν ὀχετῶν τῶν ὑγρῶν, ἤτοι τὰ χείλη τοῦ ποταμοῦ, παρὰ τὸ ἄνω διερὸν εἶναι. τῶν γὰρ ῥόδων τὰ ἄκρα καὶ πρωτεύοντα φύονται ταῖς ἱκμάσιαις. ἢ κυρίως ἄνδηρα τὸν ἔνυγρον τόπον καὶ τὰ τῶν ποταμῶν ἀναχωρήματα

ῥήματα γίνωσκε. Repone: Κυρίως τὰ ἄνδηρα — τὰ χείλη τῦ ποταμοῦ, παρὰ τὸ ἄνω διερὸν ἔιναι· τῶν γὰρ ῥοδων τὰ ἄκρα καὶ πρωτεύοντα φύονται ἐν ταῖς αἱμασιαῖς· ἢ κυρίως ἄνδηρα τὸν ἔνυγρον τόπον καὶ τὰ τῶν ποταμῶν ἀναχώματα γίνωσκε. Emendationes certiſſimas firmat etiam *Harpocration*, cui ſua debet *Suidas*: Ἄνδηρα, Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος: τὰ χέιλη τῶν ποταμῶν ἄνδηρα λέγουσι, διὰ τὸ ἀεὶ ἔνικμα καὶ διερὰ ἔιναι. Similiter *Etymologicum M.* ἄνδηρα exponit τὰ χείλη τῦ ποταμῦ, ἤγουν τὰ χώματα τὰ ἀνέχοντα τὸν ποταμὸν, παρὰ τὸ ἄνω ἔιναι τῶν διερῶν, τουτεςὶ τῶν διυγρῶν.

V. 106. Χαμῖν ἐςὶ κύων Φιλοπέιμνιος, ὅς λύκος ἄγχει) Non ignoro, Doridem dixiſſe λύκος pro λύκους, ſed malim tamen cum Scholiaſte legere λύκον.

V. 123. τὰν κυκλάμινον ὄρυσσε) vt nempe cerebro rectius valeas. Seruiebat enim et cyclaminus, vt ſcilla, capiti purgando. Legatur *Dioſcorides* l. II. c. 194.

V. 125. Καὶ τὺ δὲ Κρᾶθι Οἴνῳ πορφύροις τὰ δέ τοι σία καρπὸν ἐνέικαι) Neſcio, vtrum in Londinenſi, quam mihi videre non contigit, legatur τὰ δὲ τοι σία, an primus dederit Cl. *Reiſkius*; in Commeliana enim eſt τὰ δέ τ᾽ ὀισία. Verum neque Reiſkio placebat illud τὰ δέ τοι σία, nec mihi multum placet. Quippe alienum prorſus videtur vel affingere algae fructum, Tentabat Vir celeb. τὰ δ᾽ ἰτέισια vel τὰ δὲ τηύσια, vtrumque eleganter; mihi vero vnice adhuc verum videtur, quod

Digitized by Google

quod dudum ad ductum Commelinianae leuiſſima vnius literulae mutatione refinxi:

τὰ δὲ τ᾽ οἰσύα καρπὸν ἐνείκαι,

Ipſa ſalix natura ſua ſterilis fructum ferat. τὰ οἰσύα dixit Dorice pro ἡ οἰσύη, vt Id. XX, 31. τὰ ἀτυκὰ pro ἡ ἀτυκὴ, meo quidem iudicio. Perſecutus autem eſt more ſuo veſtigia noſtri Poetae, tametſi verbum verbo reddere non curauit *Virgilius*, cum ita luſit Ecl. III. v. 89.

Mella fluant illi, ferat et rubus aſper amomum.

V. 127. Ἁ παῖς ἀνθ᾽ ὕδατος τὰν κάλπιδα κηρία βάψαι) Cl. *Reiſkius* recepit lectionem a Scholiaſte traditam: τᾷ κάλπιδι κηρία βάψαι. Sed lubenter, opinor, retinebis veterem ſcripturam, modo ſcripſeris κηρίω in gignendi caſu, quod per συνίζησιν δισσυλλαβῶς pronuntiandum. Κηρίον βάψαι idem eſt, quod ἐν κηρίῳ βάψαι. Ita enim loqui amant Graeci *Homerus* Il. φ, 560.

Ἑσπέριος δ᾽ ἂν ἔπειτα λοεσσάμενος ποταμοῖο

Heſiodus Theogon. v. 5.

λοεσσάμεναι τέρενα χρόα περμησσοῖο

Neque aliter D. *Lucas* XVI, 24. ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου ὕδατος pro ἐν ὕδατι.

IN IDYLLIVM VI.

V. 1. Δαμοίτας καὶ Δάφνις ὁ βωκόλος εἰς ἕνα χῶρον Τὰν ἀγέλαν ποκ᾽ Ἄρατε συνάγαγον) Malim οἱ βωκόλοι. Οἱ ita corripi ſequente conſona neminem, niſi qui nimium ſit hoſpes, offendet. Probat tamen calculo ſuo Scho-

liaſtes Theocriti ineditus, quem Lipſiae in Bibliotheca Paulina a ſe repertum tradit *Henr. Scholz* in Iohanneis ex *Theocriti* Idylliis collectis. Verba, quae ex eo produxit Vir Cl. p. 16. huius, quem dixi, libelli haec ſunt: τῷ δὲ Αράτου, ᾧ προσφωνεῖ, ἐν τοῖς θαλυσίοις καὶ ἀλλαχοῦ μνημονεύει. Ἐναντίως ἔχει τοῦτο τῷ λεγομένῳ δραματικῷ σχήματι ὅ, μετὰ προεπιζεύξεως λέγον. Ἐνταῦθα γὰρ ἑνικὸν ἐπάγεται ἐπὶ τοῖς δυσὶν, ἐκεῖ δὲ πληθυντικὸν λέγεται μετὰ τὰ ἑνικὰ, οἷον;

εἰ δὲ κ᾽ Ἄρης ἄρχωσι μάχεσθαι ἢ Φοῖβος Ἀπόλλων.

Λύεται δὲ ἐκεῖνο μὲν ὑπερβατῶς, οἷον,

εἰ δὲ κ᾽ Ἄρης ἢ Φοῖβος Ἀπόλλων ἄρχωσι.

τοῦτο δὲ ἀπὸ κοινοῦ λαμβάνον τὸ ὁ βουκόλος ἕκαστος δηλονότι τὴν ἑαυτοῦ ἀγέλην ἀγάγοντες ἤνωσαν.

Ad v. 18. prouerbium τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον Scholiaſtes hunc in modum explicat: ὅταν προσπριῇ σὺ μὴ φιλεῖν αὐτὴν πάντα κάλων κινεῖ καθελκῦσαί σε πρὸς τὸν ἑαυτῆς ἔρωτα. Sed hic ego non video, quid ſibi velit κάλως, *funis nauticus*. Non ignoro equidem, Graecis prouerbio dici πάντα κάλων ἐφιέναι; verum hoc prouerbium ab noſtro loco alienum puto, vbi non rudentis ſed lapidis fit mentio. Quare legendum mihi videtur apud Scholiaſten: πάντα λίθον κινεῖ, *omnem mouet lapidem*. Caeterum verba *Theocriti* neque cum Scholiaſte intelligenda ſunt de Schachiludio, quod multo eſt recentius, neque cum *Th. Hydio* in hiſtor. Schachiludii pag. 18. ſq. de Pettiae ſ. Peſſorum ludo. Optime mentem prouerbii expoſuit Cl. *Reiſkius*, qui τὴν γραμμὴν hic loci monet idem eſſe quod alias τὸ σκάμμα, lineam in ſtadio ductam, in qua ſaxum ponebatur

pro

Digitized by Google

pro meta. Quare haec eſt prouerbii et poetae ſententia: *Laſciuiens Galatheae omnem in amore modum excedit, teque adeo deformem conſtanter amat, licet ipſa contemnatur.*

V. 25. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐγὼ κνίσδων πάλιν, οὐ ποθόρημι) Malim ſic diſtinguere: αὐτὸς ἐγὼ κνίσδων, πάλιν οὐ ποθόρημι, *ſed ipſe ego pruritum illi mouens, rurſus eam non adſpicio.*

Id. v. 28. Graecus Interpres τὸν οἶστρον, inquit, τοῦ μύωπος Σώστρατος διαστέλλει. Idem diligentius exponit Scholiaſtes ad *Apollon. Rhod.* I, 1265. Μύωψ εἶδος μυίας κατὰ τὸ ἔαρ γινόμενον, ἥτις ταῖς λαγόσι τῶν βοῶν ἐπικαθεζομένη δάκνει αὐτὰς καὶ εἰς μανίαν ἄγει, ἐφ' οὗ καὶ οἶστρος λέγεται. Σώστρατος δὲ ἐν τῇ τετάρτῃ περὶ ζώων διαστέλλει τὸν μύωπα τοῦ οἴστρου. ὁ μὲν γὰρ μύωψ ἐκ τῶν ξύλων ἀπογεννᾶται, ὁ δὲ οἶστρος ἐκ τῶν ἐν τοῖς ποταμοῖς ἐπιπλεόντων ζωαρίων. Hinc nobis corrigendus *Phauorinus*, apud quem legimus: Οἰστρεῖ παρὰ Θεοκρίτῳ· διαστέλλει τὸν οἶστρον ἀπὸ τοῦ μύωπος. Repone: Σώστρατος διαστέλλει. Verum quod ſequitur apud Scholiaſten *Theocriti* οἶστρος δὲ ἐστὶ πολέμιος ταῖς βουσίν. ὅταν γὰρ δάκνωσιν αὐτοὺς, οἰστρεῖν ποιοῦσι apud eundem *Phauorinum* emendatius legitur: Οἶστροι δὲ εἰσὶ πολέμιοι ταῖς βουσίν· ὅταν γὰρ δάκνωσιν (οἱ οἶστροι) αὐτοὺς, οἰστρεῖν ποιοῦσι.

V. 39. De faſcini auerruncatione per ſputum in ſinum coniectum vide ad h. l. *Caſaubonum.* Scholiaſtes teſtimonii loco apponit fragmentum *Callimachi*:

Δαίμων, τοὶ κόλποισιν ἐπιπτύουσι γυναῖκες.

Con-

Conieceram:

Δαιμόνιαι κόλποισιν ἐπιπτύουσι γυναῖκες.

Sed malim ſubſcribere eleganti coniecturae Criticorum principis, *Bentleii* ad fragm. *Callimachi* CCXXXV. legentis: Καλλίμαχος δ' Αἰτίων·

τρὶς κόλποισιν ἐπιπτύουσι γυναῖκες.

IN IDYLLIVM VII.

In Scholio ad v. 4 ſcribendum procul dubio: εἶτα χαλκοῦν ἀνδριάντα εἰς τύπον ἑαυτοῦ κατασκευάσας pro εἰς τόπον ἑαυτοῦ.

Ad v. 12. Κυδωνικὸν ἄνδρα exponit Scholiaſtes Κρητικόν. Κύδων γὰρ, ait, πόλις τῆς Κρήτης ἀπὸ Κύδωνος Ἑρμοῦ καὶ Ἀκαλλίδος· καὶ Ὅμηρος· Ἐν δὲ Κρῆτες μεγαλήτορες ἐν δὲ Κυδῶνες. Primum autem hic ſcribendum erat: Κυδωνία γὰρ πόλις τῆς Κρήτης; ita enim hanc vrbem vocat *Euſtathius* ad *Dionyſ. Perieg.* v. 498. pag. 82. ed. *R. Steph.* Κρήτης δὲ πόλεις μέγισται, καθὰ καὶ προγέγραπται, Γόρτυνα, Κυδωνία καὶ Κνωσσός: itemque Scholiaſtes ad *Apollon. Rhod.* I. v. 1492. p. 230. ed. *H. Steph.* Ἀλέξανδρος δὲ ἐν πρώτῳ Κρητικῶν τῇ Ἀκακαλλίδι συνελθεῖν φησι τὸν Ἑρμῆν καὶ τὸν Ἀπόλλωνα· καὶ ἐκ μὲν Ἀπόλλωνος γενέσθαι Νάξον, ἐκ δὲ Ἑρμοῦ Κύδωνα, ἀφ' οὗ ἡ πόλις Κυδωνία καλεῖται ἐν Κρήτῃ· τὸν δὲ Ἀκακαλλίδος υἱὸν, Ἀμφίθεμιν καὶ Γαράμαντα κληθῆναι φησίν. ἄδηλον δὲ πότερον ἀπὸ τοῦ Γαράμαντος τούτου δι' ἐν τῇ Λιβύῃ Γαράμαντες ὠνομάσθησαν, ἢ οὕτως ἀπὸ τοῦ ἔθνους. Ex quo obiter monebo, corrigendum eſſe *Phauorinum* in *v.* Κυδωνία, qui hic, quod ſaepe, doctiſſimi grammatici ſcrinia compilauit. Verum vt ad Cydoniam vrbem redeamus, ita quoque ſcribendum

Digitized by Google

bendum exiſtumo in Scholiis minoribus ad Homeri Odyſſ. Γ v. 292. Κύδωνες, ἔθνος Κρήτης, καὶ Κυδωνία (non Κυδωνὶς) πόλις Κρήτης, ποταμὸν ἔχουσα Ἰάρδανον. Porro ex Scholiaſte *Apollonii*, et qui eum exſcripſit, *Phauorino* apud Noſtrum reſcribendum eſt Ἀκακαλλίδος. Verſus *Homeri* autem, quem mox vno pede claudum affert, ita eſt reficiendus, vt legitur Odyſſ. T. v. 176. Ἐν δ' Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κύδωνες.

V. 18. ἐοικὼν δ' ἔχεν ἀγριελαίω Δεξιτερᾷ Κορύναν) Verba haec corrupte profert *Galenus* ὑπομν. γ. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων T. V. Opp. p. 618. ed. Baſil. hunc in modum: ἐοικὸν δὲ κεν ἀγριελαίας δεξιτερᾷ κόρυναν. Quanquam erunt fortaſſe, qui τὸ ἀγριελαίας praeferant τῷ ἀγριελαίω. Certe *Aelius Dionyſius* Grammaticus ἀγριέλαιον graecis vſitatum negauit: reperitur vero apud *Theophraſtum* auctore *H. Stephano* Theſ. Tom. I. col. 1166. c. et recurrit apud Noſtrum Idyll. XXV. v. 257.

V. 23. [illegible]υδ' ἐπιτυμβίδιοι κορυδαλλίδες ἠλαίνοντι) De κορύδῳ, *alauda* ſiue *galerita*, quae et rarius Graecis κορυδαλλὸς et κορυδαλλὶς dicitur, ſi quis exquiſita legere cupiat, adeat *Valckenarii* τοῦ πάνυ Animadu. ad Ammon. lib. II. c. XII. p. 128. Nobis hic *Theocriti* cauſa, quem emendare licebit, afferendus locus elegans *Galeni*, cuius Vir praeclariſſimus l. c. non meminit, ex libro XI. de ſimplic. medicam. Tom. II. Opp. p. 149. ed. Baſil. Ἔχει δὲ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς (de κορύδῳ loquitur) ὥσπερ

τινα

Digitized by Google

τινα λόφον ἐκ τῶν τριχῶν αὐτοφυῆ, δι' ὃν καὶ ὁ μῦθος, (adde ὃν) Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς (Av. v. 471 ſeq.) ἔγραψεν, ἐπλάσθη. Λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ τόνδε τὸν τρόπον. Ἀμαθὴς γὰρ ἔφυς καὶ (leg. κὐ) πολυπράγμων, ὐδ' Αἴσωπον μεμάθηκας, (lectio haud contemnenda; nunc editum πεπάτηκας). Ὃς ἔφασκε λέγων κόρυδον πρώτην πάντων ὀρνίθων (ὄρνιθα) γενέσθαι· Πρότερον (ed. προτέραν) τῆς γῆς κ' ἄπειτα νόσῳ τὸν πατέρα (l. πατέρ') αὐτῆς ἀποθνήσκειν· Γῆν δ' οὐκ εἶναι, αὐτὸν (l. τὸν) δὲ προσκεῖσθαι πεμπταῖον· τὴν (adde δ') ἀπορῦσαν ὑπ' ἀμηχανίας τὸν πατέρα (l. πατέρ') αὐτῆς ἐν τῇ κεφαλῇ κατορύξαι. Τοῦτο φασὶ καὶ τὸν Θεόκριτον αἰνίττεσθαι λέγοντα, ὐδ' ἐπιτυμβίδιαι κορυδαλλίδες, ἢ λάινόν τι (lege, quae male fuerant diuulſa, coniunctis ἠλάινοντι). Δηλοῦν γὰρ αὐτοῦ τὰς τὸν τύμβον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐχούσας. προσέθηκε δὲ ταῦτα τῷ λόγῳ, διὰ τὸ βούλεσθαι σαφῶς δηλῶσαι τὸ ζῶον τὸν κόρυδον, ὁποίαν τινὰ τὴν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἀνάστασιν ἔχει τῶν τριχῶν. Haec *Galenus* elegantiſſimus ſcriptor de κορύδῳ et de noſtro *Theocriti* loco. Reponi autem velim ex eo apud Poetam:

Οὐδ' ἐπιτυμβίδιαι κορυδαλλίδες ἠλαίνοντι.

Ἐπιτυμβίδιαι praeter *Galenum* habet etiam Florentina, idemque legerat Scholiaſtes. Κορυδαλλίδες vero cum gemino λ dant omnes libri veteres praeter *H. Stephanum.* Ἠλάινοντι autem praefero vulgato ἠλαίνοντι, tum quod hoc etiam ineſt Florentinae, tum quod ἠλάινειν ſenſu tranſlato *furendi* adhibuit *Callimachus* Hymno in Dianam v. 251., ad quem locum vim vocabuli declarat Summus *Erneſtus,*

ſtus, et ἀλάινειν *Euripides* in Cyclope v. 81; ἠλάινεσθαι vero me apud alium ſcriptorem legere non memini.

Ad v. 76. de Atho monte duplex fragmentum poeticum profert Scholiaſtes: παρὰ Ἀπολλωνίῳ τῷ Ῥοδίῳ· Ἄθω ἀνέτελλε κολώνη Θρηικίη· καὶ Σοφοκλῆς· Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνίας ἁλός. Locus *Apollonii* eſt I, 601. *Sophocleum* fragmentum in tragoediis, quae aetatem tulere, dubito, quin legatur. Sed notiſſima eſt ῥῆσις, Ἄθως καλύπτει νῶτα Λημνίας βοός, in eos dici ſolita, qui gloriam alicuius obſcurant. Meminit eius *Plutarchus* in commentario de facie apparente in orbe lunae pag. 935. f. Tom. II. Opp. Τουτὶ μέντοι, inquit, τὸ θρυλλούμενον ἰάμβειον ἀμφότεροι πολλάκις ἀκηκόαμεν, Ἄθως καλύψει (repone καλύπτει) πλευρὰ Λημνίας βοός· Ἐπιβάλλει γὰρ ἡ σκιὰ τοῦ ὄρους, ὡς ἔοικε, χαλκέῳ τινὶ βοιδίῳ μῆκος ἀποτείνουσα διὰ τῆς θαλάττης οὐκ ἔλαττον ἑπτακοσίων σταδίων. Qua cum narratione de vmbra, quam mons hic Thraciae celeberrimus in Lemnum inſulam vsque diffundebat, conferri poſſunt, quae *Plinius* tradit Hiſtor. Nat. lib. IV. c. 12. Ad *Plutarchi* locum *Guil. Xylander* monet, apud *Euſtathium* ad Il. Ξ, 129 id, quod ſupra poſuimus, fragmentum ita ſcribi: Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνίας βοός. Neque aliter id extulit Auctor *Etymologici Magni* v. Ἄθως. Aliam contra dicti *Sophoclei* ſcripturam miniſtrat *Suidas*, qui tanquam prouerbium, hunc in modum explicat: Ἄθως καλύπτει πλευρὰ Λημνίας βοός· παροιμία ἐπὶ τῶν τινὰς λυπούντων ἢ βλαπτόντων. ἐπειδὴ τὴν βοῦν

τὴν

Digitized by Google

τὴν ἐν Λημνῷ λευκῷ λίθου πεποιημένην ὁ Ἄθως ἐπισκιάζει. Sed *Sophocles*, credo, reliquerat: Ἄθως καλύπτει νῶτα Λημνίας βοός.

Ad v. 103. Scholiaſtes adnotat: Ὅμολος Θετταλίας ὄρος, ὡς Ἔφορος καὶ Ἀριςόδημος ὁ Θηβαῖος, ἐν οἷς ἱςορεῖ περὶ τῆς ἑορτῆς τῶν Ὁμόλων. Καὶ Πίνδαρος ἐν τοῖς ὑπορχήμασιν· ἡ Ὅμολος ὄρος Θετταλίας, ἔνθα τιμᾶται ὁ Πάν. Hinc emendandus *Suidas* in Ὁμολώιος Ζεύς. Ὁμολώιος Ζεύς, ait, ἐν Θήβαις καὶ ἐν ἄλλοις πόλεσι βοιωτικαῖς, καὶ ἐν Θεσσαλίᾳ ἀπὸ Ὁμολωίας προφήτιδος τῆς ἐννυέως, ἣν προφῆτιν εἰς Δελφοὺς πεμφθῆναι, ὡς Ἀριςοφάνης ἐν δευτέρῳ Θηβαικῶν. Ad hunc locum *Kuſterus*. *Hic fuerit*, inquit, *Ariſtophanes Byzantius*, *cuius mentio fit apud Athenaeum.* In quo fallitur Vir eruditiſſimus. Reponendum erat ex Scholiaſte *Theocriti:* Ἀριςόδημος ἐν δευτέρῳ Θηβαικῶν. Nomen *Ariſtodemi*, quod firmat noſtram emendationem, habet quoque *Phavorinus*, qui *Suidae* gloſſam integram exſcripſit. Laudat eundem ſcriptorem Scholiaſtes ad *Apollon. Rhod.* II, 906. citans Ἀριςόδημον ἐν πρώτῳ Θηβαικῶν ἐπιγραμμάτων, vbi ſcribendum, credo, fuerat Θηβ. ὑπομνημάτων.

V. 112. Εἴης δ' Ἠδωνῶν μὲν ἐν ὤρεσι χείματι μέσσῳ. Ἕβρον παρ' ποταμὸν τετραμμένος, ἐγγύθεν ἄρκτου) Non dubitauit Cl. *Reiſkius* ingenioſam coniecturam ſuam Ἕβρον παρ' ποταμὸν πεπραμένος, *venditus ad Hebrum*, in ipſum *Theocriti* contextum recipere. Me tamen nondum poenitet eius, quam dudum cepi, coniecturae:

Ἕβρον

Digitized by Google

Ἕβρον πὰρ ποταμὸν τετραμμένος ἐγγύθεν Ἄρκτω.

Sic eſt apud *Dionyſium Periegetam* v. 256.

Ἴσσος ἐς ἀντολίην τετραμμένος ἄγχι [illegible]

Εὐξείνου — — —

pariterque v. 926.

Τοῦ δ' ἐπ' ἀντολίην τετραμμένος ἄγχι [illegible]

vbi ſcribendum erat haud dubie: ἄγχι [illegible]. De ſinu Aelanitico et Aelana ſiue Elana oppido vicino videri poteſt *Cellarius* G. A. Tom. II. p. 582.

In ſcholio ad v. 115. legimus: Μιλήτου γὰρ [illegible] καὶ Ἀρείας ἐγένοντο παῖδες Καῦνος καὶ Βυβλίς. ἧς ἐρασθεὶς ὁ Καῦνος, [illegible] [illegible]. [illegible] δὲ μὴ [illegible], ἀπήγξατο. Καῦνος erat nomen huius viri, vnde Καύνιος ἔρως de omni illicito amore Graecis in prouerbii conſuetudinem venit. Hoc igitur pro αἴνιος reponendum.

Byblis in exemplo eſt, vt ament conceſſa puellae, inquit *Ouidius.* De prouerbio Καύνιος ἔρως praeter *Stephanum Byzantinum*, *Heſychium*, *Suidam* legi quoque meretur *Euſtathius* ad *Dionyſ. Perieg.* v. 550. p. 88. ed. *R. Steph.*

Ad v. 147. τετράενες, inquit Scholiaſtes, ἤγουν τετραετὲς Ἀττικῶς· ἢ τὸ ἐν ἔτος κατά τινας. Scribendum autem haud dubie: ἢ τὸ ἕνος ἔτος κατά τινας. Integrum ſcholion mihi quidem olim ita ſcriptum videtur: ἢ τετράενες, τετραετές· τὸ γὰρ ἕνος ἔτος κατά τινας. Sed nunc ex initio ſcholii huius omiſſo, quod in ſuperiori iam aderat, remanſit tantum illud ἤ. Eodem fere modo poſt haec ſcripta, vidi

 demum

demum hunc locum corrigi a *Valckenario* Viro Summo Animaduerſ. ad Ammon. lib. III. cap. IX. p. 197. qui ſcribi vult τὸ γὰρ ἔτος ἕνος κατά τινας.

IN IDYLLIVM VIII.

V. 49—52.

Ὦ τράγε τᾶν λευκᾶν αἰγᾶν ἄνερ, ὦ βάθος ὕλας
Μύριον, ὦ σιμαὶ δεῦτ' ἐφ' ὕδωρ ἔριφοι.
Ἐν τήνῳ γὰρ τῆνος. ἴθ' ἀκκόλε, καὶ λέγε Μίλων
Ὡς Πρωτεὺς φώκας, καὶ θεὸς ὤν, ἔνεμε.

Haec ſi ſunt Poetae, *Theocriti*, an alius, non facile dixerim, tribui certe debent ex ſententia Cl. *Reiſkii* Daphnidi, octo autem verſus qui ſequuntur Menalcae. Verum mihi, neſcio an mea culpa, vehementer diſplicent hi verſus, atque ingenium grammaticum potius quam poeticum ſapere videntur. Quare qui παρεμβεβλημένως et ab homine minime poetico *Theocritum* imitari auſo profectos putabit, eius a mea non diſcrepabit ſententia. Ita vero ſequentes quatuor verſus tribuendi erunt Menalcae, et hos qui excipiunt, Daphnidi. Plura ſibi in hoc Idyllio veſtigia Grammatici interpolatoris deprehendere viſus eſt *Valckenarius* V. C. Epiſt. ad Röuerum p. XIII ſeqq., ſed omnia Viro praeſtantiſſimo non adſentior. Certe verſum 48.

χὼ τὰς βῶς βόσκων, χαἰ βόες αὐότεραι

legit, ni fallor, *Virgilius*, et reſpexit, cum cecinit Ecl. III. v. 100 ſq.

Eheu,

Digitized by Google

Eheu, quam pingui macer eſt mihi taurus in aruo!
Idem amor exitium pecori, pecorisque magiſtro.

V. 53. Μή μοι γᾶν Πέλοπος, μή μοι χρύσεια τάλαντα) Pro γᾶν πέλοπος, quod mihi languere videbatur, iam pridem ſcribendum putaui τὰν πέλοπος ſcil. νᾶσον, vt legiſſe etiam videtur Scholiaſtes. Sic Noſter et alibi loquitur, v. g. Id. V. v. 61. τὰν ἑαυτοῦ πατίων, ſcil. χώραν: Pro eo, quod ſequitur, χρύσεια τάλαντα paullo melius legit Scholiaſtes χρύσεοιο τάλαντα: ſed egregia profecto ac digna hoc ingenio eſt emendatio Cl. *Reiſkii*: χρυσεῖ' Ἀταλάντας ſcil. μῆλα. Quam firmare etiam videtur verſus proxime ſequens.

V. 80. Τᾷ βοῒ δ' ἁ μόσχος τῷ βωκόλῳ αἱ βόες αὐταί) Videntur inter hunc verſum et eum, qui proxime ſequitur, aliqua deſiderari aut verſus 81 transponendus eſt et collocandus poſt verſum 75, tumque in verſu 81 ſcribendum ἀδέ τι καὶ τοῦμὲ τοι. Dubito quoque, ſitne verſus 77, qui idem eſt, qui Idyllii ſequentis verſus ſeptimus, hic loci ὑποβολιμαῖος.

V. 88. Hunc et ſequentes verſus ita diſtinguendos puto:

Ὡς μὲν ὁ παῖς ἐχάρη, καὶ ἀνήλατο, καὶ πλατάγησε
Νικήσας! ὥτως ἐπὶ ματέρα νεβρὸς ἅλοιτο;
Ὡς δὲ κατετρύχθη, καὶ ἀνετράπετο φρένα λύπᾳ

 Ὥτε-

Ὤτερος! ὅτω καὶ νύμφα γαμεθεῖσ' ἀκά-
χοιτο.

Eodem modo ὡς illud θαυμαστικὸν cum accentu ſcriptum habes apud Noſtrum Id. II, 82., et plura huius ſcripturae exempla notauit *H. Stephanus* Theſ. T. IV. col. 806. a. et 810. g. Idem elegans vſus eſt in eiusmodi exclamationibus Latinorum particulae *vt*. *Virgilius* Aen. l. II.

vt te poſt multa tuorum
Funera poſt varios hominumque vrbisque labores
Defeſſi adſpicimus!

Terentius Heaut. Act. V. Sc. V. v. 19. *Heia! vt elegans eſt!* Et ſic ſaepe alibi.

IN IDYLLIVM IX.

V. 6. ἐμὶν δὲ τὺ βωκολιάσδεο Ἔμποθεν; ἄλλωθεν δέ γ' ὑποκρίνοιτο Μενάλκας) Scribendum haud dubie ἕμποθεν, id eſt ἐξ ἑνός ποθεν τόπου, ab vna parte, quod et ex Aldina recepit Cl. *Reiſkius*. Contra in nota ad h. l. idem Vir doctiſſimus probat lectionem Florentinae, ἓν ποθ' ἕν, id eſt, ἓν πρὸς ἕν, ἓν μέλος πρὸς ἕν, ἀμοιβαίως. Sed hoc poſito, niſi me fallo, quod ſequitur, ἄλλωθεν, non habebit, quo referatur. Imitatus hunc locum eſt, quum ita cecinit, *Virgilius* Ecl. III. v. 58:

Incipe Damoeta, tu deinde ſequere Menalca.
Alternis dicetis: amant alterna Camoenae.

V. 13. τόσσον μελεδαίνω, Ὅσσον ἐρῶντι πατρὸς μύθων καὶ ματρὸς ἀκούειν) Ἐρῶν τυ

ex

Digitized by Google

ex ingenio dedit in ſua recenſione Cl. *Reiſkius*. Verum ego adhuc vnice verum puto, quod dudum conieci et poſtea vidi in mentem etiam veniſſe perſpicaciſſimo *van Eldik* in Specim. Suſpic. p. 18. et nunc ex nota Cl. *Reiſkii* video legi iam in recenſione *H. Stephani*, ἱερῶν τι duobus vocabulis. Sententia haec eſt: *Aeſtatem torrentem tantum ego curo, quantum qui amat, curat admonitionum aliquid ex patre vel matre audire.*

Ad v. 19. legimus apud Scholiaſten: ἐισὶ δὲ δρυὸς γένη πέντε· φηγὸς, κιμερὶς, ἐτυμόδρυς, ἄλυφλος καὶ ἄμυλος. An igitur ἄλυφλος quoque et ἄμυλος ſunt quercus genera, quorum nemo Graecorum meminit? Noli credere, Erudite Lector. Pro ἄλυφλος reponas velim ἀλίφλοιος. *Heſychius*: ἀλίφλοιος (ſic enim legendum) γένος δρυός. Ἄμυλος autem vel furca expellendum eſt: adhaeſit enim huic ſcholio ex proxime ſequenti, in quo quid ſit ἄμυλον, docetur. Igitur verba illa Scholiaſtae, quae ſupra ſcripſi, ſi me audis, hunc in modum corriges: ἐισὶ δὲ δρυὸς γένη τέσσαρα, φηγὸς, κιμερὶς, ἐτυμόδρυς, καὶ ἀλίφλοιος.

Ad v. 21. Scholion, quod de amylo exponit, ita habet: Ἄμυλον δὲ λέγεται τὸ κοινῶς λεγόμενον κάταςατὸν, ὅπέρ ἐςι γαλακτῶδες τοῦ σίτου βεβρεγμένου καὶ σεσημένου καὶ ἀποπιεσμένου, ἧτα τῷ ἡλίῳ ξηραινόμενον. — Ἄλλως. ἄμυλος, ἐιδός τι ἄρτου ἐκ τῶν σιτανίων πυρῶν γενόμενος. Scribendum vero: γαλακτῶδες τῦ σίτου βεβρεγμένου καὶ σεσησμένου καὶ ἀποπιεσμένου, ἔιτα δὲ τῷ ἡλίῳ ἐξηραμμένου. Ἄλλως. ἄμυλος ἐιδός τι ἄρτου ἐκ τῶν σιτανίων πυρῶν γενόμενος. De σιτανίῳ πυρῷ egre-

gie diſputauit *H. Stephanus* in Theſ. L. Gr. Tom. III. p. 795. Nobis ſufficit appoſuiſſe locum *Dioſcoridis*, quo emendationes noſtrae firmantur: Ἄμυλον, inquit lib. II. cap. 123., ὠνόμασται, διὰ τὸ χωρὶς μύλου κατασκευάζεσθαι. ἄριστον δὲ ἐστι τὸ σκευαζόμενον ἐκ πυροῦ σιτανίου, Κρητικὸν δὲ ἢ Αἰγύπτιον. σκευάζεται δὲ ἐκ πυροῦ σιτανίου καθαροῦ, βρεχομένου πεντάκις τῆς ἡμέρας, εἰ δυνατὸν δὲ καὶ τῆς νυκτός· ὅταν δὲ μαλακὸς γένηται, δεῖ πράως τὸ ὕδωρ ἐκχεῖν χωρὶς τοῦ κινεῖν, ἵνα μὴ συννεκκλύζηται τὸ νόστιμον. ἐπὰν δὲ παρατῇ μαλακώτατος γενόμενος, ἀποχέας τὸ ὕδωρ ἐπιχέοντας τρίβειν. εἶτα ἀναιρεῖσθαι τὸ ὑφιστάμενον πίτυρον ἠθμῷ καὶ τὸ λοιπὸν διηθήσαντας ἐμβαλεῖν εἰς ὑλιστῆρα, ἀναλίσαντάς τε εὐθέως ψύχειν ἐπὶ κεραμίδων καινῶν ἐν ἡλίῳ ὀξυτάτῳ.

V. 28 ſeqq.

Βουκολικαὶ Μοῖσαι μάλα χαίρετε· φαίνετε δ' ᾠδάν,

Τάν ποκ' ἐγὼ τήνοισι παρὰν ἄεισα νομεῦσι.

Haec et ſequentia, ſi quid video, certe non ſunt pars huius Idyllii. Quare libens ſubſcriberem ſuſpicioni Cl. *Reiſkii*, a v. 28 ad 36 eſſe exordium ſeu praefationem Idyllii decimi niſi obſtare videretur, quod ſequens Idyllium non ſtatim incipit cum carmine, quod hic promittit verſus 28., ſed ante colloquuntur inter ſe Milon et Battus. Itaque vereor, ne hic habeamus Idyllii exordium carmen ipſum perierit. Sunt etiam in his verſibus, in quibus offendam. In primis diſplicet illud in verſu 34 ἔαρ ἐξαπίνας, *ver ſubitum*: ſed neque

Digitized by Google

que Cl. *Reiſkius* potuit ad coniecturam euadere, neque ego poſſum; nam quod cogitaui,

ὔτε γὰρ ὕπνος
Ουτ' ἦρι ἐιαρίνη γλυκερώτεραι

mihi ipſi non ſatisfacit. Quare huius loci correctionem ingenioſioribus relinquam.

IN IDYLLIVM X.

V. 2. Οὐδ' ἐὸν ὄγμον ἄγειν ὀρθὸν δύνᾳ) Ουτε τὸν ὄγμον, quod ego coniectando aſſecutus eram, iure merito ex veteribus libris in contextum recepit Cl. *Reiſkius*. In Scholio verſus *Homeri* ſic eſt legendus, vt habetur Il. Λ v. 65.

Ογμον ἐλαύνωσιν, ἀνδρὸς μάκαρος κατ' ἄρουραν.

ad quem locum in Scholio legimus:

Ογμον τὸ ἐπίστιχον ἔργον τῶν θεριζόντων.

Sed certe ſcribendum erat: τὸν ἐπίστιχον ὄρχον.

V. 13. Ἐκ πίθω ἀντλεῖς δῆλον, ἐγὼ δ' ἔχω οὐδ' ἅλις ὄξος) In hoc, *tu ſcilicet e dolio bauris* ſubaudiendum certe eſt vinum. Sed mihi quidem mirifice blanditur *Io. Toupii*, Viri in omni iudicio elegantiſſimi coniectura, qui Emendat. in *Suidam* P. II. p. 66. legendum putat δηλὸν, atque ſic putat Siculis dici, quod Ionibus πηλὸς, *vinum* nempe. *Heſychius:* πηλὸς, οἶνος· Ιωνες.

V. 15. Τίς δέ τοι τῶν παίδων λυμαίνεται; dedit in ſua recenſione Cl. *Reiſkius*. Ego praeferam formam femininam τᾶν παίδων, *quaenam puella te cruciat?* Reſpondet enim Battus ἁ Πολυβώτα.

Digitized by Google

V. 27. καλέοντι τὺ πάντες Ἰσχνὰν, ἁλιόκαυςον· ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον) Legendum crediderim: ἐγὼ μοῦνος δὲ μελίχρουν, aut ἐγὼ δὲ μόνος μελιχρωον vt legiſſe patet Scholiaſten et *Lucretium*, apud quem libro quarto haec legimus:

Nec ſua reſpiciunt miſeri mala maxima ſaepe.
Nigra μελίχροος *eſt: immunda et foetida*, ἄκοσμος.

Sic et Battus perdite amabat puellam certe non formoſam, candidam, ſucci plenam, ſed tenuem et ſole aduſtam, quam ipſe autem vocabat melleo colore praeditam: ἦ γὰρ ἔρωτι, inquit *Theocritus*, πολλάκις τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται.

V. 48. Σῖτον ἀλοιῶντες φεύγειν τὸ μεσαμβρινὸν ὕπνον) Bene quidem contra *Scaligerum* tuetur Cl. *Reiſkius* vulgatam ſcripturam; malim tamen ego quoque ἀλοιῶντας, quod et ab *Iſ. Voſſio* in codice manu exarato repertum tradit Celeb. *Valckenarius* Animadv. ad Ammon. p. 22.

IN IDYLLIVM XI.

Ad v. 21. in Scholio pro γαυρία ῥῆμα, ἀντὶ τοῦ ἐπαίρεται ſcribendum puto: γαυρία τὸ φρόνημα, ἀντὶ τοῦ ἐπαίρεται.

V. 25. Ἠράσθην μὲν ἔγωγε, κόρα, τεῦ tametſi non improbo, mallem tamen: κόρας τεῦ, *puellulam te iam amare coepi, cum primum veniſti mea cum matre, vt hyacynthos ex monte decerperes; ego vero viae dux eram.*

V. 39.

V. 39. Τὶν, τὸ φίλον γλυκύμαλον, ἁμᾶ κἠμαυτὸν ἀείδων) Malim:

τὶν, τὸ φίλον γλυκύμαλον ἐμεῦ, κἠμαυτὸν ἀείδων
Te dulce carum pomum meum (ita Galatheam ſuam vocat Cyclops) *et me ipſum cantu celebrans.*

V. 41. ἕνδεκα νεβρὼς πάσας ἀμνοφόρως) Ipſa veritas, meo quidem iudicio, eſt elegantiſſima Cl. *Reiſkii* coniectura, μηνοφόρως, *lunulis* ſiue *maculis pelles ſparſas habentes.* Sic enim legit certe *Virgilius Theocritum* imitatus, quum Ecl. III. v. 40. ita cecinit:

Praeterea duo, nec tuta mihi valle reperti
Capreoli, ſparſis etiam nunc pellibus albo.

In ſcholio pro μαννάκιον ſcribendum forte μανιάκιον. Sic certe *Heſychius*: Μηνίσκοι, πέταλα, περιτραχήλια, μανιάκια.

Ad v. 45. in Scholio facile patet ſcribendum eſſe: ῥαδινὸν τὸ ἐπίμηκες καὶ λεπτὸν, τὸ ῥεῖα, ἤγουν εὐκόλως δινούμενον.

Ad v. 57. Scholiaſtes πλαταγώνιον dictum eſſe notat ἀπὸ τοῦ πλατάσσειν, ὃ ἐστι ψοφεῖν. Sic enim legendum, non πλάσσειν vidit iam *H. Stephanus* Theſ. T. III. col. 356. a. Confirmat idem *Suidas* v. παταγώνιον.

V. 75. Τὰν παρεοῖσαν ἄμελγε; τί τὸν φεύγοντα διώκεις;) Malim legi:

τί τὰ φεύγοντα διώκεις.

IN IDYLLIVM XII.

V. I. Ἤλυθες ὦ φίλε κοῦρε, τρίτῃ σὺν νυκτὶ καὶ ἀοῖ; Ἤλυθες;) Suauiſſimum hoc etiam Idyllium, et ſi quidquam aliud, dignum eſt *Theocrito* noſtro, cui tamen, quod mireris, abiudicatur ab *Heinſio*. Ipſum vero initium quam ſuave eſt!

Ἤλυθες, ὦ φίλε κοῦρε, τρίτῃ συν νυκτὶ καὶ ἀοῖ;
Ἤλυθες;

Ita enim diſtinguendus videtur hic locus. Simile eſt illud *Terentii* in Heautontimorumeno:

veneone te,
Antiphila, maxime animo exoptata meo?

Sed pulchre addit apud Noſtrum miſer ille amator:

οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσιν.

Quod quanto ſuauius et mollius illo *Virgilii* Ecl. VII, 43.

Si mihi non haec lux toto iam longior anno eſt!

Contra ea *Strato* in Epigrammate quinto Sylloges *Klotzianae*:

Ἐι μὴ νῦν Κλεονίκος ἐλεύσεται, ουκ ἔτ' ἐκεῖνον
Δέξομ' ἐγὼ μελάθροις, ου μὰ τὸν — οὐκ ὀμόσω.
Ἐι γὰρ ὄνειρον ἰδὼν ουκ ἤλυθεν, εἶθε παρείη
Αὔριον· ου παρὰ τὴν σήμερον ἀλλόμεθα.

Ita enim ſcribendum ac diſtinguendum, meo iudicio Carmen in paucis elegans ac venuſtum.

V. 16. ἦ ῥα τότ' ἦσαν Χρύσειοι πάλαι ἄνδρες, ὅκ' ἀντεφίλησ' ὁ φιληθείς) Me quidem

dem non offendit illud πάλαι, quamuis praecedat τότε. Sed hoc mouiſſe videtur acutiſſimum *Er. Hub. van Eldik*, vt in ſpecim Suſpic. cap. III. pag. 18. tentaret:

χρύσειοι μάλα γ᾽ ἄνδρες —

Leniſſime tamen, inquit, *hic et alibi feremus diſſentientes. Nec mirum, ſcribimus enim ſuſpiciones.* Sed vt dixi, ferri poteſt, illud πάλαι. Sententia eſt: *Certe tunc erat aureum, quale olim fuit, hominum genus.* Quanquam praeplacet lectio Florentinae:

— τότ᾽ ἦσαν

χρύσειοι πάλιν ἄνδρες — —

V. 24. Ψεύδεα ῥινὸς ὕπερθεν ἀραιῆς οὐκ ἀναφύσω) An ῥινὸς ὕπερθεν ἀκραίης? vt Idyll. IX. v. 30.

Μήκετ᾽ ἐπὶ γλώσσας ἄκρας ὀλοφυγδόνα φύσῃς.

IN IDYLLIVM XIII.

Ad v. 7. Scholion, quod de Hyla exponit, non vna menda liberabimus. Ita vero habet: Τὸν Ὕλαν Σωκράτης υἱὸν Ἡρακλέους φησίν. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος Φιλοδάμου καὶ Κύηκος. Εὐφορίων δὲ Εὐφήμου τῷ Ποσειδῶνος ἐρώμενον. Hoc ego equidem facile crediderim, *Socratem* habuiſſe Hylam pro filio Herculis; idem enim, quod nos docet *Apollonii* Scholiaſtes, amatorem Hylae Polyphemum facit, non Herculem. At quod ſequitur, procul dubio mendoſum

eſt.

eſt. Repono: Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος Θειοδάμαντος, vel etiam: Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος Θειοδάμαντος καὶ Ἑλλάνικος Θειομένους. Nempe Rhodius, poeta Argon. v. 1213. Theodamante natum dicit Hylam et ibidem p. 59. ed. *H. Stephani*, qua vtor, doctiſſimus Interpres: τὸν Ὕλαν ὁ μὲν Ἀπολλώνιος Θειοδάμαντος φησὶν υἱὸν εἶναι, Ἑλλάνικος δὲ Θειομένους. Ego vero hic apud *Hellanicum* ipſum, niſi plura fuerunt addita, quae de veritate ſcripturae dubitare non ſinerent, a librariis commiſſum puto ac reponendum fuiſſe Θειοδάμαντος. Sed ad Argon. I. v. 131. idem *Apollonii* Interpres ex eodem *Hellanico* omnia alia videtur tradere, Ὕλας, inquiens, Ἡρακλέους ἐρώμενος υἱὸς Θειοδάμαντος. τοῦ Δρύοπος, ἤτοι Μνασέας. Ἑλλάνικος δὲ Θειομένη τὰ Θειοδάμαντος καλεῖ. Verum hic ego ſcribendum arbitror: Ἑλλάνικος δὲ Θειομένους καὶ ὃν Θειοδάμαντος καλεῖ. Quod ſequitur apud Scholiaſten *Theocriti*, ita corrigendum eſt: Εὐφορίων δὲ Πολυφήμου τοῦ Ποσειδῶνος ἐρώμενον. Id quoque ne dubitemus, facit Scholiaſtes ad *Apollon*. I. v. 1213. Σωκράτης δὲ ἐν τῷ πρὸς Εἰδόθεον φησὶ τὸν Ὕλαν ἐρώμενον Πολυφήμου καὶ οὐχ Ἡρακλέους γενέσθαι. Idem quoque ex ſententia *Euphorionis* Polyphemum eſſe filium Neptuni, nos docet ad Argon. lib. I. v. 40. Τὸν δὲ Πολύφημον, inquit, Ἐλάτου παῖδα εἶπεν Ἀπολλώνιος. Ἰσοκράτης (f. Σωκράτης ſcil. ἐν τῷ πρὸς Εἰδόθεον) καὶ Εὐφορίων Ποσειδῶνος. Quod ideo monendum duxi, ne quis forte illud Εὐφορίων ſollicitaret, et ob ſimilitudinem quarundam literarum ex *Apollonii* Scholiaſte reponendum

dum ſuſpicaretur Σωκράτης ἐν τῷ πρὸς Εἰδόθεον. Forte enim vtrique Scholiaſtae ad eundem *Euphorionis* locum reſpexerint.

Quae in Scholio ad v. 13. leguntur inde a πάλιν ὁ λόγος πρὸς τὸν Νικίαν, ſcribi debuerant ad initium carminis ſtatim poſt eius argumentum. Id genus perturbationis frequentiſſimum in Scholiis Graecis. Sic eorum, quae verſui 34 ſubiecta ſunt, alia ad verſum 15, alia ad verſum 25, alia denique ad verſum 27 pertinent.

V. 15. Αὐτῷ δ' εὖ ἕλκων ἐς ἀλαθινὸν ἄνδρ' ἀποβαίη) Cl. *Reiſkius* legit αὐτῷ ſine iota ſubſcripto, hocque interpretatur ἀπ' αὐτοῦ δὲ ἕλκων τὸ ἦθος: optime quidem ad ſententiam, ac facile adſentior Viro eruditiſſimo. Sed proponam tamen eam, quae mihi olim nata eſt ex verbis *Schotti*, coniecturam. *Andr. Schottus* nempe Obſeruat. human. lib. II. c. 49. *In veteri Codice*, inquit, *quem olim in Hiberia Toleti accurate cum edito comparaui, ſcriptum vidimus ego et Petrus Pantinus, qui mihi tum contubernalis haerebat*, ἐξέλκων. Hinc mihi, vt primum haec legi, ſcribendum videbatur: αὐτῶ δ' ἐξ ἕλκων, quod explicabam, ἐξ αὐτοῦ ἕλκων, *ab ipſo ſumens exemplum.*

Ad v. 46. de Hylae interitu, ὁ δὲ Ὄνατος, inquit Scholiaſtes, ἐν τοῖς Ἀμαζονικοῖς φησὶν αὐτὸν εἰς τὴν κρήνην πεσεῖν καὶ ἀποθανεῖν. Vbi ὁ πάνυ *Fabricius* in Bibl. Graeca Vol. II. p. 441. pro Ὄνατος legendum cenſet Μούνατος, quod nomen grammatici ſaepius occur-

rit in *Theocriti* ſcholiis. Sed fallitur Vir praeſtantiſſimus. Scribendum eſt Ὀνάσος. Ita enim Scholiaſtes *Apollonii* ad Argon. I, 1213. Ὄνασος δὲ ἐν πρώτῳ Ἀμαζονίδων ἀληθέστερον τὴν ἱστορίαν ἐκτίθεται, οὐχ ἡρπάσθαι αὐτὸν ὑπὸ νυμφῶν, ἀλλὰ κατενεχθῆναι εἰς κρήνην, καὶ οὕτως ἀποθανεῖν. Et ad v. 1236. Θεόκριτος ἐν τοῖς βουκολικοῖς ἐν τῷ Ὕλᾳ ἐπιγραφομένῳ ὑπὸ πασῶν φησιν αὐτὸν τῶν νυμφῶν ἡρπάσθαι. Ὄνασος δὲ ἐν τῷ α τῶν Ἀμαζονικῶν πεσόντα τὸν Ὕλαν φησὶν ὑποβρύχιον γενέσθαι. καὶ Νίκανδρος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἑτεροιουμένων (ſic enim legendum viderunt Viri docti) ὑπὸ πασῶν φησιν αὐτὸν ἀρπαγῆναι τῶν νυμφῶν: ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ὑπὸ μιᾶς.

IN IDYLLIVM XIV.

V. 1 ſqq.

Χαίρειν πολλὰ τὸν ἄνδρα Θυώνιχον. Θυ. Ἀλλά τοι αὐτῷ,
Αἰσχίνα. Αἰσχ. Ὡς χρόνιος. Θυ. Χρόνιος ῥ;
τί δέ τοι τὸ μέλημα.

Locum hunc deprauatum et male diſtinctum hunc in modum refingendum cenſeo:

χαίρειν πολλὰ τὸν ἄνδρα Θυώνιχον: Θυ. Ἀλλὰ τὺ ἆυ τὺς
Αἰσχίνα; ὡς χρόνιος; Αἰσχ. χρόνιος; Θυ. Τί δέ τοι τὸ
μέλημα:

V. 10. Τοιοῦτος μὲν ἀεὶ τὺ φίλ' Αἰσχίνα, ἅσυχος, ὀξὺς) Vide, annon ſcribendum ſit ἐς τάχος ὀξύς. *Talis ſemper es, chare Aeſchine, quam primum vehemens.*

Μόx

Mox quid ſit v. 18. ἤ δη προϊόντες, optime nos docuit b. *Hemſterhuſius* ὁ πάνυ, quem non ſine ſenſu quodam gloriae in magiſtris meis numero. Monet enim Vir Summus ad *Xenoph. Epheſii* l. III. p. 50. Obſ. Miſc. Crit. Vol. V. Tom. III. p. 62. in προϊόντες ex praecedentibus adſumendum eſſe τοῦ πότου, et Scholiaſten melius hanc formulam intellexiſſe, quando exponit ἤδη δὲ προκόπτοντος τοῦ πότου, quam interpretem, qui vertit *procedente tempore*. Quare locus *Theocriti* hunc in modum erit exponendus: *Quum vero liberius iam inciperemus poculis uti, placuit infundere merum, in cuius amici vel amicae nomen quisque vellet: oportebat tantum nomen dicere.*

V. 22. Οὐ φθεγξῇ; λύκον εἶδες; ἔπαιξέ τις ὡς σοφὸς εἶπεν) Obmuteſcere nempe putabantur, qui repente a lupo conſpecti eſſent. Notum eſt illud *Virgilii* Ecl. IX. v. 53.

— vox quoque Moerim
Iam fugit ipſa: lupi Moerim videre priores.

Sed ambiguum, quod orationi ineſt Aeſchinis apud *Theocritum*, elegantiorem reddit iocum. Λύκος nempe vocabatur quoque iuuenis, quem Cyniſca amabat. Hoc quidem videre etiam priores huius loci interpretes; at veram ſcripturam ac ſenſum huius loci, niſi me fallo, non videre. Lego ac diſtinguo:

Οὐ φθεγξῇ; λύκον εἶδες; ἔπαιξέ τις, ὡς σοφὸν! εἶπεν.

Totum vero locum inde a v. 20. ad meum quidem ſenſum Latine ſic converto: *Nos quidem conſabu-*

lantes

lantes bibebamus, ſicuti cuique placebat: illa autem ne verbum quidem me praeſente. Quid mihi tunc animi credis fuiſſe? Non loqueris? dixi, an lupum vidiſti? Tum illa: iocatus eſt nomemo, quam ſcite, quam eleganter! Illo τις eodem modo per contemtum vtitur Noſter Idyll. V. v. 120.

Ἤδη τις Μόρσων πικραίνεται·

et v. 122.

Κἠγὼ μὲν κνίσδω, Μόρσων, τινά.

V. 36. ἀνείρυσα δ᾽ αὖ τὼς πέπλως recepit ex veteribus libris Cl. *Reiſkius*, pro quo ego mallem: ἀνείρυσα δ᾽ αὐτὼς πέπλως, αὐτοὺς τοὺς πέπλους.

Ad v. 48. Scholiaſtes laudat reſponſum ab oraculo aliquando Megarenſibus datum, quod ita incipit:

Γαίης μὲν πάσης τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἄμεινον,
Ἵπποι Θρηΐκιοι, Λακεδαιμόνιαι δὲ γύναικες.

Reſcribendum puto ex Scholio ad *Homeri* Il. Β. v. 763. ἵπποι Θεσσαλικαί. Noſter quoque Theſſalicum equum tanquam praeſtantem laudat Id. XVIII. 30 ſqq.

Ἢ κάπῳ κυπάρισσος, ἢ ἅρματι Θεσσαλὸς ἵππος
Ὧδε καὶ ἁ ῥοδόχρως Ἑλένα Λακεδαίμονι κόσμος.

Quanquam *Orpheo* Arg. v. 59. Thracia etiam eſt εὔπωλος, non minus ac Theſſalia v. 60. Qui paulo poſt ſequitur verſus Oraculi,

Ἀργεῖοι λινοθώρηκες, κέντρα πολέμοιο.

Homeri eſt, cui eum et iure, opinor, tribuit Au-

ctor

ctor certaminis *Homeri* et *Heſiodi* pag. 328. ed. Heinſ.

V. 56. ὄτε κάκιστος, Ὄυτε πρᾶτος ἴσως, ὁμαλὸς δέ τις ὁ στρατιώτας) Scribendum crediderim ὁμαλὸς δέ τις ἐν στρατιώταις.

V. 59. ſq.

Μισθοδότας Πτολεμαῖος. ἐλευθέρῳ οἷος ἄριστος.

Αἰσχ. Τἄλλα δ' ἀνὴρ ποῖός τις; Θυ. Ἐλευθέρῳ ὅστις ἄριστος.

Va[illegible]nt magnopere in his verſibus veteres libri, vt [illegible]ere eſt ex annotatione ad h. l. Cel. *Reiſkii*. *Stob*[illegible]*s* qui hunc locum recitat Serm. XLVI. pag. 324. [illegible] Geſn., ſic habet: τὰ δ' ἄλλα δ' ἀνήρ τις; ἐλευ[illegible] οἷος ἄριστος. Doctiſſimi poetae Interpretes [illegible]lii [illegible] tentarunt: iam quid vetat nos quoque [illegible]acere? Forſitan ſcribendum:

[illegible]οδότας Πτολεμαῖος ἐλεύθερος, οἷος ἄριστος
[illegible]. τἄλλα δ' ἀνὴρ ποῖός τις; Θυ. ἐλεύθερος, οἷος ἄριστος.

Pr[illegible]*t ſtipendia Ptolemaeus, liberalis eſt; longe op*[illegible]*s. Aeſch. Caetera vero qualis vir eſt? Thy. Li*[illegible]*lis, longe optimus.*

IN IDYLLIVM XV.

[illegible]. 21. Ἀλλ' ἴθι τωμπέχονον καὶ τὰν περονατρίδα λαζεῦ) *In vulgaribus Lexicis*, inquit *H. Stephanus* Theſ. L. G. Tom. I. col. 1332 g., *annotatur*, ἀμπέχονον *legi apud Theocritum pro palla*

D *muliebri;*

muliebri; ſed Theocriti locus non adſcribitur. Ego duobus in Idylliis inuenio, ſed vtrobique videtur tribui vilioribus perſonis ἀμπέχονον, quam quibus conuenire palla poſſit. Videndum igitur, annon pallium potius oporteat vertere, quod promiſcuum, id eſt, tam foeminis quam viris in vſu fuiſſe legimus. Sunt autem illa Idyllia in mea editione 15 *et* 27, *in illo ſemel atque iterum, in hoc ſemel duntaxat legitur: et vtrobique manifeſtum eſt accipi pro veſte exteriore et quidem, quae aliis omnibus ſuperindueretur.* Sed ego neſcio, qui *Stephanus* hoc affirmare potuerit, τὸ ἀμπέχονον tribui a *Theocrito* vilioribus perſonis, quum hic tribuatur Praxinoae, delicatae admodum atque eleganti mulierculae. In Idyllio XXVII vero v. 58 certe non eſt exterior veſtis, aliis ſuperinduta. Deuirginauerat Daphnis puellam, quae ipſi dicit:

τὠμπέχονόν ποίησας ἐμὸν ῥάκος, εἰμὶ δὲ γυμνά.

Arbitror itaque, ἀμπεχόνην et ἀμπέχονον in vniuerſum quidem notare omne indumentum, proprie vero pallam muliebrem, περονητρίδα autem fuiſſe exterius et vilius veſtimentum; ſed ſeduxiſſe videtur *Stephanum* Scholion ad h. l., quod quin in mendo cubet, equidem vix dubito. ταμπέχονον, ita ſcribitur, τὸ περιβόλαιον, τὸ ἱμάτιον, καὶ τὰν περονατρίδα, τὸ πέπλον καὶ ἔνδυμα ὅπερ πρῶτον ὑπεζώννυντο. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ περονᾶσθαι, καὶ τῆς ἐπωμίδος ἐπιλαμβάνεσθαι, ὡς αἱ Μακεδονίτιδες. Sed Scholiaſtes forte dederat: τὠμπέχονον, τὸ πέπλον καὶ ἔνδυμα, ὅπερ πρῶτον ὑπεζώννυντο. καὶ τὰν περονατρίδα, τὸ περιβόλαιον ἱμάτιον,

κράτιον, ὅπερ οὐκ ἐζώννυντο. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ περονᾶσθαι, κ. τ. λ. In hanc ſuſpicionem induxit me ipſe *H. Stephanus*, qui Theſ. L. Gr. Tom. III. col. 162 c. de hoc *Theocriti* loco loquens, *Scholiaſtes*, inquit, annotat *περονατρίδα* eſſe *πέπλον καὶ ἔνδυμα ὅπερ πρῶτον ὑπεζώννυντο.* *In veteri autem libro additur eſſe πέπλος ἐπάνω τῶν ἐνδυμάτων περιβαλλόμενον, vulgo μανδύον vocari, et non cingi, ſed διὰ περόνης κατὰ τὸ στῆθος συνδεῖσθαι.*

V. 24 ſqq. Πρ. ἐν ὀλβίῳ ὄλβια πάντα. Ὧν εἶδες, χ᾽ ὧν εἴπαις ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι) Vere, vt ait Cl. *Reiſkius*, *Schottus* Obſeru. human. l. II. c. 49, dum lucem huic loco affundere voluit, fumos vendidit. *De vetere codice*, inquit, *ſic ſenſum reddo: Omnia Ptolemaei ſunt* ὄλβια, *ἤγουν ὀλβιώτατα (vt ſit poſitiuus pro ſuperlatiuo) quae vidiſti, quae narraueris fortaſſe vidiſſe te ei, qui non vidit. Multa enim narramus vidiſſe nos his, qui non viderunt, quae nunquam vidimus, et fingimus Midae et Croeſi diuitias.* Sed ipſe doctiſſimus *Theocriti* editor, quid verſus 25 ſibi velit, non ſatis ſe videre fatetur: neque ego video, quid ſignificare queat, ſi eum pronuntiet Gorgo. Verum crediderim, locum hunc ſic eſſe legendum ac diſtinguendum:

ἐν ὀλβίῳ ὄλβια πάντα.

vt hoc dicat Gorgo, huic autem reponat Praxinoe:

Ὧν εἶδες, χ᾽ ὧν εἴπαις, ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι.

Videtur autem ita Praxinoe Gorgoni, quae nihil dum viderat eorum, quae in regia ſpectanda erant,

 et

Digitized by Google

et mirifice tamen omnia laudabat, cum irriſione quadam dicere: *Quae vidiſti et quae te vidiſſe dicis, narra quaeſo mihi, quae non vidi.* Poſſit etiam ſequens verſus Praxinoae tribui, ſed poterit idem quoque ita accipi, vt Gorgo irritata ſuperbe reſpondeat: *Tempus fuerit abeundi: otioſis ſemper ſunt feriae*, tu ignaua mulier ſemper ferias ſedes.

V. 28 ſeqq. imperat Praxinoa ancillae, vt feſtinet aquam lauationi afferre:

> Ευνόα, αἶρε τὸ νᾶμα, καὶ ἐς μέσον, ἀνόθρυπτε,
> Θὲς πάλιν· αἱ γαλέαι μαλακῶς χρήζοντι καθεύδην.
> Κινεῦ δή, φέρε θᾶσσον ὕδωρ· ὕδατος πρότερον δεῖ.

Elegantiſſima eſt, fateor, ac valdè ingenioſa coniectura Cl. *Reiſkii*: 'ευνόα αἶρε τὸ νᾶμα, καὶ ἐς μέσον αἴνυε, ἕρπε, θὲς πάλιν. Sed eadem, meo iudicio, non eſt neceſſaria. Neque enim vulgata lectio ſenſu commodo deſtituitur. Sententia eius mihi videtur haec eſſe: *Eunoa fer aquam et in medio, perdite delicata, depone rurſus.* Ponebat nempe ancilla onus nimis graue. Illudere autem videtur hera ancillae, quum horridiorem, credo, et quam male decebant deliciae, vocat ἀνόθρυπτον. *Feles enim*, addit Praxinoa prouerbiali locutione vtens et ancillam cum felibus comparans, *molliter volunt cubare.* Sed increpat eam iterum: *Moue te, fac ocius, affer aquam, aqua prius opus eſt, quam domo egredimur. Ecce vero, vt aquam fert! mi-*

ſic

ſie ſich dabey anſtellt! Brauche iam, infunde, at ne nimium, tu immoderata!

V. 32. Παῦσαι· ἑκοῖσα θεοῖς ἐδόκει, τοιαῦτα νένιμμαι) Malim:

ἑκόια θεοῖς ἐδόκει, τῆυτᾳ γε νένιμμαι.

V. 40. ἐκ ἀξῶ τὺ τέκνον· μορμὼ, δάκνει ἵππος) Inepta, ſi quid video, eſt verſio: *larua foris eſt, mordet equus.* Μορμὼ, mea quidem ſententia, hoc in loco eſt proprium equi nomen a terrore deſumtum, ac ſi diceres ὁ φοβερὸς, apud equi denominatio in oratione maxime matris ad puerum. Et ſic quoque, non de larua, explicat Scholiaſtes, ἡ μορμὼ ἵππος, inquit, λέγει, addit vero illuſtrationis gratia, Graecis τὰ προσωπεῖα lauias μορμολύκεια *terriculas* vocari. Caeterum de v. μορμὼ conferatur *Suidas*, ex quo corrigi, et ſuppleri poterit *Phauorinus.*

V. 70. πᾶσαι ἄμ' εἰσέλθωμες ἀπρὶξ) Malim τὸ ἀπρὶξ ſequentibus iungere:

ἀπρὶξ ἔχευ 'Ευνόα ἁμῖν

firmiter adhaereto nobis Eunoa. In ſcholio ſcribe διακρίσαι pro διαπρῆσαι.

V. 73. Πρ. Ἄθροος ὄχλος· Ωθεῦνθ' ὥσπερ ὕες) *Conferta turba, trudunt vt ſues.* Vera ſane eſt at parum elegans imago. Atque haec cauſa erat, cur aliquando putarem verba haec non Praxinoae, ſed ancillae Eunoae eſſe tribuenda. Sed venit mihi poſtea in mentem, ſcribendum forte eſſe:

— Ἄθρooς ὄχλος

Ὠθεῦνθ᾽ ὥτε ῥύες —

vt ῥύες dictum eſſet pro ῥύακες. *Trudunt vt fluctus*, imago foret multo elegantior, ac certam putarem coniecturam meam, modo ſuccurreret vnum huius contractionis apud poetam exemplum. In Aldina etiam legi id, quod dudum conieci, monuit Cl. *Reiſkius*, cui tamen voluiſſe videbatur ὥτε σύες, aut ὥσπερ ὕες, vt eſt in Florentina.

Ad v. 80. ſcribi debuerant, quae verſui 77 ſubiecta ſunt: ἔριθοι δὲ δι ὑπευργοὶ, ἤγουν ἱερουργοί. Quae gloſſa menda duplici laborat. Priorem ſuſtulit Cel. *Valckenarius* in Diſſ. de Scholiis in Hom. ined. p. 124, pro ὑπουργοὶ ſcribendo ὑπουργοί. Sed quis dubium habebit, quin etiam pro ἱερευργοὶ reponendum ſit ἐριουργοί.

V. 94 ſeq. inquit *Praxinoe:*

Μὴ Φυῆ, Μελιτῶδες, ὃς ἁμῶν καρτερὸς εἴη,
Πλὰν ἑνός· οὐκ ἀλέγω μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς.

Locus eſt explicatu difficillimus, quem forte ſatius fuerat intactum relinquere. Dicam tamen, quid ſentiam, vt alij iudicent. Probo equidem, donec meliora proferantur, explicationem Scholiaſtis: μή μοι κενὸν τὸ μέτρον ἀποψήσῃς. Verbum ἀπομάττειν hac in re eſt proprium. Sed ipſa haec interpretatio iterum eget alia. Totum igitur locum ſic intelligo: *Ne fac, quaeſo, dulcis Perſephone, vt plures vno oriantur viri, qui nobis pro lubidine imperent: non enim vereor, ne mihi vacuam*

Digitized by Google

cuam mulctram abſtergeas ac ſeponas. Non metuo, ne ab omni viri imperio perpetuo me liberam ſis relictura: ſed hoc tantum te rogo, ne plures vno nobis imperent. Alias mulctra ἀπομεμαγμένη, quae ſeponi poteſt, eſt prorſus repleta, vt nihil addi poſſit, ſed hic eſt κενεὰν ἀπομάξῃς. Diu eſt, quod ita cenſui hunc locum eſſe intelligendum, nec certe inuenio, quod magis mihi probetur; libens vero cedam, ſi quis meliora protulerit. *Mureto* quidem Var. Lect. l. II. c. 20 de hoc loco non aſſentior. Reſpiciebat, opinor, quum reponebat κόνιαν, ac ſententiam ita explicabat: *ne in me puluerem abſtergeas, ne me impune deſpicatum habeas,* Luc. IX, 5 et X, 11., ſed patet et haec loca male ab ipſo fuiſſe intellecta. *Andr. Schotti* Obſ. human. l. III. c. 49 interpretatio huius loci mihi quidem merum eſt aenigma; apponam tamen, quia Cl. *Reiſkius* eius non meminit: *Dixerat Gorgo πασσάμενος ἐπίτασσε, id eſt, cum alueris nos, impera vt Dominus, ideo Praxinoe ad auertendum malum ait: non naſcatur alius, qui nobis imperet, o Proſerpina. Nam de vno non curo: ne mihi, o Gorgo, malum omen nuncies. Proxime κενεὰν ἀπομάξῃς paroemia eſt nata ab illo folio arboris, quo experiebantur amantes an amarentur.* In Scholio ad v. 94. pro διὰ τὸ τὰς ἑταίρας αὐτῆς καὶ τῆς Δήμητρος μελίσσας λέγεσθαι, ſcribendum eſſe: διὰ τὸ τὰς ἱερείας αὐτῆς καὶ τῆς Δήμητρος μελίσσας λέγεσθαι patet ex loco *Porphyrii* de antro Nympharum a *Mureto* l. c. prolato. Καὶ τῆς Δήμητρος ἱερείας, inquit *Porphyrius*,

ὡς τῆς χθονίας θεᾶς μυστίδας, μελίσσας δὲ παλαιοὶ ἐκάλουν, αὐτήν τε τὴν κόρην μελιτώδη.

V 118. πάντ' αὐτῷ πετεηνὰ καὶ ἑρπετὰ τᾶδε πάρεστι) Redundat τᾶδε, et onerat ſententiam. An ſcripſit πάντα?

Ad v. 130. Schol. οὐδέπω γὰρ κέκαρται τὰ γένεια, ὡς κεντῶσιν, ἀλλ' ἐπιχνοάζει. Repone: ἀλλ' ἔτι χνοάζει.

Ad v. 133. Scholiaſtes: ἐπὶ γὰρ τὴν θάλασσαν ἐκφέροντες τὸν Ἄδωνιν, ἔῤῥιπτον ἐπ' αὐτήν. Scribendum dubio procul: ἐπὶ γὰρ τὴν θάλασσαν ἐκφέροντες τὸν Ἄδωνιν, ἔῤῥυπτον ἐν αὐτῇ.

IN IDYLLIVM XVI.

V. 25. Ἄμμες δὲ βροτοὶ οἵδε, βροτοὺς βροτοὶ ἀείδωμεν) Iam olim legebam ex coniectura: Ἄμμες δὲ βροτοὶ, οἱ δὲ βροτοὶ βροτὸς ἀείδοντι.

V. 20. Τὶς δέ κεν ἄλλου ἀκούσαι; ἅλις πάντεσσιν Ὅμηρος) Iam coniecturae me meae non poenitet:

Τίς δέ κεν ἄλλου ἀκούσαι αὖτις; πάντεσσιν Ὅμηρος.

IN IDYLLIVM XVII.

V. 25. Ἀθάνατοι δὲ καλεῦνται, θεοὶ νέποδες γεγαῶτες) Lego θεοῦ νέποδες, et intelligo Herculem ob verſum ſequentem. Interpretatione Latina, *dii ſine pedum vſu facti*, nihil vnquam vidi ſtultius.

V. 36.

Digitized by Google

V. 36 ſeq.

Τῆς μὲν Κύπρον ἔχοισα Διώνας πότνια κώρα
Κόλπον ἐς εὐώδη ῥαδινὰς ἐπεμάξατο χεῖρας.

Scholiaſtes dat ἀπεμάξατο, quod aſſenſum tulit *Hemſterhuſii*, Viri ſummi ad *Callimachi* fragm. p. 489. Si quid hic tentandum, mallem:

— ῥαδινὰς ἐνεμάξατο χεῖρας.

Minus autem placet mihi quidem, κόλπος εὐώδης, *gremium odoratum*. Scribendum forte κόλπον ἐς εὐανθῆ vel κόλπον ἐς εὐάδη. Verſus 43 et 44, qui in malas mulieres inuehuntur, mihi quoque non multum placent in carmine, quod laudes Ptolemaei et Berenices canit, ac facile aſſentior ſummo *Erneſto*, qui hos verſus additiтios habet ad *Callimachi* Hymnum in Delum v. 251. p. 193.

V. 137. δοκέω δ' ἔπος οὐκ ἀπόβλητον Φθέγξομαι ἐσσομένοις, ἀρετήν γε μὲν Διὸς αὐτεῦ) An ἀρετήν γε μὲν ἐκ Διὸς αὐτεῦ? *Carmen opinor, haud contemnendum poſteris dicam virtutem illam canendo, quam ex Ioue ipſo habes.*

IN IDYLLIVM XVIII.

V. 19. Ζανός τοι θυγάτηρ ὑπὸ τὰν μίαν ἵκετο χλαῖναν) Nempe χλαῖνα non amictui tantum adhibebatur, ſed perinde ac Hebraeorum שׂלמה lectis etiam inſterni ſolebat. Eodem uſu ac *Theocritus*, vocabulum adhibuit Epigrammatarius Poeta in Anthologia *H. Stephani* l. VII. p. 487.

Digitized by Google

Ἡδὺ θέρευς διψῶντι χιὼν ποτόν· ἡδὺ δε ναύταις
Ἐκ χειμῶνος ἰδεῖν εἰαρινὸν στέφανον.
Ἡδὺ δὲ καὶ ὁπόταν κρύψῃ μία τοὺς φιλέοντας
χλαῖνα, καὶ αἰνῆται Κύπρις ὑπ' ἀμφοτέρων.

Itemque *Meleager* in Epigrammate, eorum, quae nuper edidit Illuſtriſſimus *Klotzius*, XXVI., quod quia haud illepidum eſt, et eadem opera emendare licebit, totum apponam:

Ἡδύ τι μοὶ διὰ νυκτὸς ἐνύπνιον· ἁβρὰ γελῶντα
Ὀκτωκαιδεκέτη παῖδα μετ' ἀγκαλίσι
Ἦγαγ' Ἔρως, ὑπὸ χλαῖναν· ἐγὼ δ' ἁπαλῷ περὶ χρωτὶ
Στέρνα βαλὼν κενεὰς ἐλπίδας ἐτρεφόμην.
Καὶ μεῦ νῦν θάλπει μνήμην πόθος· ὄμμασι δ' ὕπνον
Ἀγρευτὴν πτηνοῦ φάσματος αἰὲν ἔχω.
Ὦ δύσερως ψυχὴ παῦσαί ποτε, καὶ δι' ὀνείρων
Εἰδώλοις κάλλευς κωφὰ χλιαινομένη.

Cur quaeſo hic in verſu ſecundo puer ille μετ' ἀγκαλίσι? An erat baiulus? Nugae! Repono:

Ὀκτωκαιδεκέτη παῖδα ἔτ' ἐν χλαμύδι.

Quippe puerorum minuſculorum apud Graecos et Romanos veſtimentum erat chlamys, qua humeris iniecta caetera nudi incedebant. *Meleager* vero ſibi ait in ſomniis viſum puerum iam octodecennem, chlamyde tantum veſtitum. In verſu vltimo Epigrammatis pro κάλλευς ſcribendum erat καλοῖς. Poſſem equidem, ſi hoc ageretur, in his Epigrammatis, in quae nuper emendationes aliquot dedi ad calcem Obſeruationum mearum in ſelecta loca Sacri Codicis, poſtquam diligentius perlegi, haud pauca fortaſſe integritati reſtituere, et deprehendi

quae-

Digitized by Google

quaedam ab aliis iam emendatius edita; ſed locus hic non patitur nos longius abire. Reuertamur igitur ad *Theocritum*.

V. 26 ſeq.

Ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον,
Πότνια νὺξ, ἅτε, λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος.

Verſuum transpoſitione ac leui inſuper ſcribendi diſcrimine locum hunc, opinor, planiſſimum reddam:

Πότνια Νὺξ, ἅτε λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος
Ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν τοι ἔφαινε πρόσωπον
Ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἡμῖν.

Quemadmodum, veneranda Nox, vere ineunte, oriens Aurora pulchrum tibi oſtendit vultum; ſic et aurea Helena elucebat inter nos. Poſterior verſus 28 corrupit priorem τοὶ ἔφαινε in διέφαινε.

IN IDYLLIVM XIX.

V. 8. Χὼ τυτθὸς μὲν ἔης, τὰ δὲ τραύματα ἁλίκα ποιεῖς) Forte: χ' ὡς τυτθὸς μὲν ἐῢς, vel χ' ὡς τυτθὸς μὲν ἐών. Sed dum haec ſcribo, in mentem venit alia ac forte verior coniectura: χ' ὡς τυτθὸν μὲν (ſcil. βέλος) ἵης, τὰ δὲ τραύματα ἁλίκα ποιεῖς!

Quam paruo telo vulnera quanta facis!

Idem fere dixit *Moſchus* Idyll. I. v. 19.

τυτθὸν ἐοῖ τὸ βέλεμνον, ἐς αἰθέρα δ' ἄχρι φορεῖται.

IN

IN IDYLLIVM XXI.

V. 14 ſeqq.

Οὗτος τοῖς ἁλιεῦσιν ὁ πᾶς πόνος, οὗτος ὁ πλοῦτος
Ουδεὶς δ' ου χύτραν εἶχ' ου κύνα· πάντα περισσὰ
Πάντ' ἐδόκει τήνας ἄγρας· πενία σφιν ἑταίρα.
Ουδεὶς δ' ἐν μέσσῳ γείτων, παντᾷ δὲ παρ' αὐτὴν
Θλιβομέναν καλύβαν τρυφερὸν προσέναχε θάλασσα.

Ferri poſſit in verſu 14, ni melius haberemus vulgatum πόνος: verum repoſueris κέρας, nemo, opinor, dubium habebit, quin melius ſequenti πλοῦτος reſpondeat. At quae ſequuntur, maiori certe me Aeſculapio indigent. Ex vulgato ὀυδεὶς δ' ὀυ χύτραν εἶχ', ὀυ κύνα ego quidem ſenſum commodum non elicio, nec melior ſcriptura eſt in aliis libris, tametſi hic valde variant. Eleganter quidem *Ramlerus*, V. C. vertit: *Sie beſaſsen weder Topf noch Heerd:* ſed hoc qui ex verbis *Theocriti* extundi queat, non video. Varia tentaui, nec tamen habeo, in quo acquieſcam. Sententia, ni fallor, poſtulat huiusmodi quid:

Ουδεὶς δ' ὀυ χλάνιδ' εἶχ' ὀυ ῥῆγεα.

Apta ſane foret paupertatis deſcriptio. Sic apud *Homerum* Odyſſ. Γ. v. 346. Neſtor vetat Telemachum

machum a ſe diſcedere; negat enim ſe pauperem eſſe,

Ὧι οὔτε χλαῖναι καὶ ῥήγεα πόλλ' ἐνὶ οἴκῳ
Οὔτ' αὐτῷ μαλακῶς εὕδειν ξείνοισιν ἐνεῦδεν.

Sequentia apud *Theocritum* ita lego et interpretor:

— πάντα περισσὰ
Πάντ' ἐδόκει τήνας ἄγρας. Πενία σφιν ἑταίρα·
Οὐδεὶς δ' ἐν μέσσῳ γείτων, πλεκτὰν δὲ παρ' αὐτὴν
Θλιβομέναν καλύβαν τρυφερὸν προσέναχε θάλασσα.

Omnia alia ſupervacanea ipſis videbantur prae tali piſcium captura. Paupertas ipſis erat amica, neque vllus aderat vicinus: ſed ad ipſum textile tugurium fluctibus ita preſſum et agitatum ſuaviter adnatabat mare. Pro τήνας ἄγρας poſſis quoque, quod olim tentabam, legere πλὴν τᾶς ἄγρας, neceſſarium tamen non eſt, et bene habet vulgata. Mox πλεκτὰν reſcripſi pro παντᾷ. Ratio, cur diſplicuerit παντᾷ, eſt manifeſta: alluebatur tugurium in litore poſitum mari, non vndique cingebatur. Πενία, quod hic plures libri habent, in hunc verſum delapſum eſt ex praecedenti, ideoque parum valet ad veram ſcripturam eruendam. Dedi vero aptum tugurio epitheton. Sic et ſupra Noſter v. 7.

— ὑπὸ πλεκταῖς καλύβαισι

V. 26. Ἀσφαλίων μέμφῃ τὸ καλὸν θέρος· οὐ γὰρ ὁ καιρὸς Αὐτομάτως παρέβα τὸν ἑὸν δρόμον) Scripſerit fortaſſe *Theocritus:*

Ἀπφάριον, μέμφῃ τὸ καλὸν θέρος· οὐ δὲ ὁ καιρὸς
Αὐτομάτως παρέβα τὸν ἑὸν δρόμον.

Απ-

Digitized by Google

ἀπφάριον eſt cuſusuis, quem amamus, blanda compellatio. Vide ſis *Stephanum* in Indice Theſauri. Verum ſi haec emendatio minus placet, ecce tibi aliam, ac, ni fallor, veriorem:

> Ἀπφὰ λίαν μέμφῃ τὸ καλὸν θέρος οὐ γὰρ ὁ καιρὸς
> Αὐτομάτως παρέβα τὸν ἐὸν δρόμον.

V. 66. Ἐλπὶς τῶν ὕπνων ζατεῖ τὸν σάρκινον ἰχθὺν) Olim tentabam ἐλπὶς τῶ χρυσῶ, nunc puto ſcribendum:

> Ἐλπὶς τῶν ὕπνων ζᾶτει τὸν σάρκινον ἰχθύν.

Prae illis pulchris ac deſiderabilibus ſomnlis quaere piſcem carneum, ne tu moriaris fame inter aurea illa inſomnia. Tranſii plura in hoc Idyllio loca, quibus quomodo ſuccurrerem non habebam, in his verſum 49. et duos ſequentes. Dicam tamen, quid mihi hoc in loco ſententia videatur poſtulare: *Quomodo vero attraham* (πῶς δ' ἕλξω) *magnum piſcem debiliori ferro? Deinde de vulnere piſci facto cogitans, an vero hamum, aio, bene voraſti? Et vorauerat fortiter, atque ita, quum non fugeret, piſcem attraxi.* Num autem haec ſententia ex vulgari ſcriptura extundi poſſit, aut quid denique verum ſit, docebit aliquando melior dies. Huic equidem Idyllio non inuenuſto inprimis opto, vt ſubſidio veniant integriores membranae ab erudiſſimo *D'Orvillio* olim collatae.

IN IDYLLIVM XXII.

V. 25. Κάστορος ἢ πρώτου Πολυδεύκεος ἄρξομαι.

Digitized by Google

ἄρξομ' ἀείδειν; Ἀμφοτέρους ὑμνέων, Πολυδεύκεα πρῶτον ἀείσω) Haec ita velim diſtingui:

Κάστορος ἢ πρώτου Πολυδεύκεος ἄρξομ' ἀείδειν,

Ἀμφοτέρους ὑμνέων; Πολυδεύκεα πρῶτον ἀείσω.

Vtrum a Caſtore an a Polluce ordiar in canendo, vtrosque cantu celebrare volens? Pollucem prius canam. Nec quidquam hic videtur deeſſe, neque opus eſt, vt ἀείδειν mutemus cum ἀείδων aut ἀοιδὴν. Nam ἄρχεσθαι conſtruitur Graecis non minus cum Infinitiuo, quam cum Participio, et Genitiui pendent non ab ἀείδειν ſed ab ἄρξομαι.

IN IDYLLIVM XXIII.

V. 22. οὐκ ἔτι γάρ σε Κῶρε θέλω λυπῆν κεκοχολωμένον· ἀλλὰ βαδίζω) Putabam olim ſcribendum:

— οὐκ ἔτι γάρ σε

Κῶρε θέλω λυπῆν' κεχολωμένος ἀλλὰ βαδίζω.

Nunc malim fere ſubſcribere elegantiſſimae coniecturae Cl. *Reiſkii*, legentis:

— οὐκ ἔτι πάρ σε

Κῶρε θέω λύπης κεκολωμένος.

Non iam in poſterum ad te curram animo curis conturbato et ſaucio.

V. 31. Ἁ δὲ χιὼν λευκά, καὶ τάκεται αἴκα παχθῇ) Non video cauſam, cur hanc etiam quartam ſimilitudinem praecedentibus multo elegantioribus adiicere voluerit poeta. Ne ſententia quidem vera eſt; dici enim debuiſſet: τάκεται δὲ ἐπειδὰ παχθῇ, *liqueſcit, poſtquam congelata fuerit.*

Quare

Quare vereor, ne et hic verſus Poëtae ſit ſuppoſitus, cuiusmodi forte plures in *Theocrito* latent, quam ſuſpicemur.

V. 51. τὰν λεπτὰν σχοινῖδα) Forte τὰν πλεκτὰν σχ.

IN IDYLLIVM XXIV.

V. 124. ξιφέων δ' ἀνέχεσθαι ἀμυχμόν) Vocabulo ἀμυχμὸς, quod proprie *laniatum*, deinde latius, vt hoc loco, *vulnera* notat, locupletari poterit Theſaurus *H. Stephani*. Verum obſequamur hic occaſioni nos inuitanti, et loco *Orphei* male laboranti medicinam afferre tentemus. Eſt ille Argon. v. 24., qui etiamnunc in praeſtantiſſima editione *Geſneriana* ita habet:

Μήχου καὶ Ἡρακλῆος περίφημον ἄμυξιν.

Geſnerus Vir ſummus ſibi hic aquam haerere fatetur nec videre ſe, quid Μήχου ſignificare queat, nec quid hic ſibi velit epitheton Μήλωνος, quae coniectura eſt *Eſchenbachiana*. Mihi vero vix dubium eſt, quin dederit *Orpheus*:

Βάκχου τε καὶ Ἡρακλῆος περιχίμον ἄμυξιν.

Τε, quod ſuppeditabant veteres libri, lubenter aſſumſi; numeroſiorem enim reddit verſum. Bacchum vero aliquando, quum pueriliбus occuparetur ludis, a Titanibus fuiſſe laceratum, narrant fabulae, atque hoc ipſum argumentum ab *Orpheo* tractatum indicat *Clemens Alexandrinus*, et ex eo *Arnobius*, laudati *Geſnero* ad fragm. *Orphei* XVII. Ipſe etiam *Orpheus* paulo poſt verſu 28. ſe cecinisse ait,

χρησμὼς τ' ἀῤῥήτους Νυκτὸς περὶ Βάκχου ἄνακτος,
vbi cum *Geſnero* conſilium et oracula puto notari, quae Nox, Iouis conſiliaria, dederit in Bacchi a Titanibus lacerati reſtitutione.

IN IDYLLIVM XXV.

V. 4. Ἑρμέω ἀζόμενοι δεινὴν ὄπιν εἰνοδίοιο) Prae illo δεινὴν ὄπιν, quod eſt inuentum *H. Stephani*, reuocandam cenſeo veterem ſcripturam ξεινίην ὄπιν, *Mercurii compitalis hoſpitalem oculum reueritus.* Verum hic res ipſa hortari videtur, vt graue vulnus ſanemus *Heſychio*, quod necdum in nupera praeſtantiſſima editione curatum eſſe nobis reſcripſit rogatus eo nomine Amicus doctiſſimus, cuius elegantiſſimo in omnibus iudicio inprimis vellem ex parte ſaltem aliqua coniectanea noſtra probarentur. Nos Iuntina tantum a. 1520 editione vtimur, quae cauſa eſt, cur ita raro Gloſſographum in partes vocauimus, ne[illegible] male laboranti opem ferre ſuſtinuimus: verebamur enim merito, ne ab aliis dicta repeteremus. Locus ille, quem hic volumus, *Heſychii* in Iuntina ita habet: Ἐνθέδιος, Ἑρμῆς πάρα. Mendoſam eſſe ſcripturam, ſatis manifeſtum eſt. Sed magis eam corrupiſſe cenſeo *Phauorinum*, qui eius loco dedit: Ἐνθέδιος Ἑρμῆς ἐν πάρα. Mihi vero dubium vix eſt, quin locus *Theocriti*, quem ſupra ſcripſimus, fons ſit gloſſae *Heſychianae*, ideoque reponendum: Ἐνόδιος Ἑρμῆς, παρὰ Θεοκρίτῳ. Nimirum ſcripſerat primum librarius aliquis, quum nomen poetae in exemplo,

 quod

Digitized by Google

quod deſcribebat, legi non poſſet: Ἐνόδιος Ἑρμῆς παρ   ω, relicto ſpatio vacuo, vt expleret aliquando ex alio Codice. Seruari hoc debuerant poſteriores *Heſychii* exſcriptores, ſed quod apographum ſuum lacuna foedare nollent, iungendis duorum vocabulorum membris et ita obliterando vitium fecere, vt huc vsque doctiſſimorum Virorum acumen eluſerit. Iam poſt operam *Heſychio* nauatam, reddamus quoque ipſum vocabulum εἰνόδιος *Meleagro* in Epigrammate XXVII. Sylloges *Klotzianae*.

Εἰνόδιος τείχων τὸ μεσαμβρινὸν εἶδον Ἄλεξιν

ſcribendum erat non ἐνόδιος. Sequentem etiam pentametrum ἐν παρόδῳ ita reſtituo:

Ἄρτι κόμαν κάρπων κηρομένου θέρεος.

Ill. *Klotzius* dederat:

Ἀρτικόμαν κάρπον κηρομένου θέρεος.

V. 279. Ἕρκος Ἐνυαλίου ταμεσίχροος) Notari hic meretur vſus elegans et ſatis frequens apud Graecos Genitiui caſus, quum non materiam, ſed *obiectum* ſignificat; is enim ſaepe fefellit Interpretes. Eo modo ἕρκος ἐνυαλίου ταμεσίχροος, verti debuerat, *munimentum aduerſus Martem corpora vulnerantem.* Sic apud *Homerum* Il. Δ. 137. ἕρκος ἀκόντων, *munimentum aduerſus tela.* Apud *Euripidem* Androm. vſ. 28:

Ἀλκήν τιν' εὑρεῖν κἀπικούρησιν κακῶν,

hoc eſt, *aduerſus mala auxilium.* *Xenophon* Exped. Cyri l. IV. p. 195. Steph. Ἦν δὲ τοῖς μὲν ὀφθαλμοῖς ἐπικούρημα τῆς χιόνος (*praeſidium erat oculis*

contra

contra niuem) εἴ τις μέλαν τι ἔχων πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν, πορεύοιτο. Pariter *Luciano* in Amoribus ſpeluncae vocantur κρύους καταδύσεις, *munimenta aduerſus frigus*. Latini etiam ſic ſaepe locuti ſunt, v. g. *Virgilius* Aen. XI, 4. *Vota Deum*, hoc eſt, vota, quae concipiuntur erga Deos, *primo victor ſolue-bat Eoo*.

IN IDYLLIVM XXVII.

V. 1. Τὰν πινυτὰν Ἑλέναν Πάρις ἥρπασε βωκόλος ἄλλος· Μᾶλλον ἐμ' ἤδ' Ἑλένα) Vtrumque verſum tribuo Daphnidi, et ſcribo:

Μᾶλλον ἔτ' ἤδ' Ἑλένα τὸν βωκόλον ἐστὶ φιλεῦσα.

Ita nihil difficultatis habere videtur hic locus, nec deſiderari carminis initium. *Prudentem, caſtam illam Helenam rapuit olim bubulcus aliqui Paris: multo magis vero haec Helena eſt, quae me bubulcum oſculatur.*

V. 5. Πλύνεις χείλεα σεῖο; δίδου πάλιν, ὄφρα φιλάσω) Legendum crediderim: πλύνεις χείλεα σεῖο; *lauaſtine labra tua? da iterum, vt oſculer.*

V. 18. Μὴ 'πιβάλῃς τὴν χεῖρα, καὶ εἰσέτι χεῖλος ἀμύξω) *Ante hunc verſum*, inquit, Cl. *Reiſkius, inſerunt alium, quem in nullo meorum reperi, hunc nimirum:*

Μὴ προβάλῃς τὴν χεῖρα, καὶ εἰσέτι χεῖλος ἀμέλξω,

ex perſona Daphnidis, ne ſcilicet verſus nullus ſit in hoc carmine non ἀμοιβαῖος. Seruent eum per me

 licet,

licet, quibus placebit. Mihi quidem haud multum placet; ſed ecquis auctor eſt. Neſcio, vnde habuerit Vir doctiſſimus hunc verſum, cuius *Stephanus, Scaliger, Caſaubonus, Heinſius* in notis ſuis ad h. l. non meminere, quem tamen libens reciperem, ſi vlla idonea accederet auctoritas. Nam primum facile praeteriri potuit a librariis ob ſimilitudinem verſus ſequentis. Deinde vero nec indignus eſt, ſi quid video, *Theocrito.* Ita illud μὴ προβάλῃς τὴν χεῖρα ſuauiſſimum eſt. *Ne opponas, quaeſo, chara puella, manum oſculo meo.* Reſpexiſſe etiam videretur *Horatius* Epod. III. v. 19. quum ita luderet:

At ſi quid vnquam tale concupiueris;
Iocoſe, Maecenas, precor,
Manum puella ſuauio opponat tuo,
Extrema et in ſponda cubet.

Contra nec inelegantet ex noſtris Poeta:

Aber meine Phyllis küſſen
Halb mit Willen, halb mit Müſſen,
Hält ſie gleich die Hände für,
Solche Küſſe ſchmecken mir.

Nec inuenuſtum illud χεῖλος ἀμέλξω. Similiter *Bion* in Epitaphio Adonidis:

τὸ σεῦ γλυκὺ φίλτρον ἀμέλξω.

V. 27. Μᾶλλον ἀεὶ κρατέουσι· τίνα τρεμέουσι γυναῖκες) Mallem:

— τινὲς τρομέουσι γυναῖκας.

Dixerat puella: *Dicunt tamen, mulieres maritos ſuos metuere.* *Imo vero* reſpondet Daphnis, *ſemper*

per dominentur, quidem mariti adeo timent mulieres.

V. 37. Τεύχω σοι θαλάμους, τὰ δὲ πώεα καλὰ νομεύω) An τὰ δὲ πώεα καλὰ νομεύεις?

V. 49. Μᾶλα τεὰ πρώτιστα τάδε χνοάοντα διδάξω) *Poſtremam vocem*, inquit *Caſaubonus, ὃ πάνυ, vidi, qui haberet de mendo ſuſpectam, aptius enim δέξω vel ſimile quid fore videbatur. Illa vero bene habet: nam ita apud Nonnum et Muſaeum* γάμων ἀδίδακτος, νῆις et ἀμύητος ἐρώτων. Vide igitur, Erudite Lector, an tibi placeat haec ſententia: *Primum has pubeſcentes mamillas tuas erudiam.* Mihi quidem non placet. Ferrem, forte, ſi legeretur διδάξω τὸν ἔρωτα. Nunc mihi quoque illud διδάξω mendoſum videtur. Cogitaui, ſcribendumne eſſet πιάξω, ac forte in eo falſus non fui. Nam πιάζειν Dorice dici pro πιέζειν auctor eſt *Euſtathius* apud *Stephanum* in Theſauro et ἀμφεπίαξε, dixit Noſter Epigr. VI. v. 4. Caeterum neque hoc aſſentior *Caſaubono*, locum hunc ita eſſe diſtinguendum:

Δ. Μᾶλα τεὰ πρώτιστα τάδε χνοάοντα διδάξω.
Ναρκῶ, ναὶ τὸν Πᾶνα. Κ. τεὴν πάλιν ἔξελε χεῖρα,

vt poſterioris verſus initium ſit Daphnidis, ſtupentis in puellae mammillis, quas manibus tractabat. Frigidum enim ita eſt illud in ore puellae: τεὴν πάλιν ἔξελε χεῖρα. At multo elegantiorem ſenſum dat diſtinctio vulgata. *Quid facis Satyriſce?*

 inquit

inquit puella, *quid intus mammas tetigiſti? Floreſcentes has primum mammulas tuas premam*, reſpondet Daphnis pergens puellae mammas manibus tractare. Tum vero puella timens iam virginitati ſuae, *horreo*, inquit, *obtorpeſco, per Pana! rurſum extrahe manum tuam*. *Bono animo eſto*, placide reſpondet ipſi Daphnis, *chara puella, quid tremis? quam timida es!* Hunc in modum intelligendus eſt, meo quidem iudicio, locus hic, ſi quis alius, elegans ac venuſtus.

V. 63. Δ. Ῥέξω πόρτιν Ἔρωτι καὶ αὐτᾷ βῶν Ἀφροδίτᾳ) Hunc verſum ita putem diſtinguendum ac ſcribendum:

Δα. ῥέξω πόρτιν Ἔρωτι Κο. καὶ αὐτὰ βῶν Ἀφροδίτᾳ.

Mactabo vitulam Amori, inquit Daphnis, *ego vero*, reſpondet puella, *taurum Veneri*.

IN EPIGRAMMATA THEOCRITI.

IN EPIGRAMMA IV.

V. 6. Πᾶνα τὸν αἰγιβάταν) Olim mihi videbatur legendum: πᾶνα τὸν αἰγιπόδαν, *Pana capripedem*. Poſtea vidi ex animaduerſione ad h. l. *Reiſkiana*, *D'Orvillium* ad *Charit*. p. 188, cuius praeſtantiſſimi libri copia mihi hic loci fieri non potuit, ex Codice manu ſcripto repoſuiſſe, αἰγιβάταν, quod qua ſenſum idem eſt.

IN

IN EPIGRAMMA VIII.

V. 3. *ἀντὶ δὲ πολλᾶς Πατρίδος ὀθνείην κεῖμαι ἐφεσσάμενος*) De πολλᾶς nemo dubium habebit, quin ſit deprauatum. Tentaui varia, in his ἀντὶ δὲ τ' ἄλλας Πατρίδος et ἀντὶ δὲ γᾶιας πατρίδος. Sed dum diutius de hoc loco ſanando cogito; dubitare incipio, ſitne hoc Epitaphium hoſpitis Pellaei Syracuſis mortui, et integrum carmen hunc in modum legendum;

> Ξεῖνε Συρακόσιε, τις ἀνὴρ τό δ' ἐφίεται, Ὄρθων,
> χειμερίης μεθύων μηδαμὰ νυκτὸς ἴοις.
> Καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτον ἔχω πότμον· ἀντὶ δὲ Πέλλας
> Πατρίδος ὀθνείην κεῖμαι ἐφεσσάμενος.

IN EPIGRAMMA IX.

V. 2. *μηδὲ παρ' ὥρην Ναυτίλος ἴσθι· ὡς ὁ πολὺς ἀνδρὶ βίος*) Scribendum puto:

> Ἄνθρωπε ζωῆς περιφείδεο, μηδὲ παρ' ὥρην
> Ναυτίλος· ἴσθι γὰρ ὡς ὁ πολὺς ἀνδρὶ βιός.

Homo, parce vitae tuae, non intempeſtiue nauigando: ſcias enim, vitae humanae ſummam breuem eſſe.

Atque haec habui, Erudite Lector, quae tecum in *Theocritum* communicarem. Potuiſſem plura in *Moſchi* etiam et *Bionis* Idyllia; ſed nolui diutius te morari. Coronidis tamen loco non putaui eſſe alienum, adiicere emendationem loci *Platonis* apud *Suidam* alte in mendo ac tenebris cubantis, quem *Kuſterus* et *Toupius*, Viri Eruditiſſimi, intactum dimiſerunt. Apud *Suidam* igitur p. 268. edit. *Kuſter.* haec legimus: Ἀπλότης διττή· ἡ μὲν ἔμφρων

καὶ

καὶ δικάια· ἡ δὲ ἀνόητος καὶ ἄδικος. ἔπειτα καὶ τὴν νῦν, προσομιλίαν ἐμφύεσθαι τοῖς μὲν μετὰ δικαιοσύνης καὶ φρονήσεως, τοῖς δὲ μετὰ ἀδικίας καὶ ἀμαθίας· ἔιναι γὰρ δὴ πάλαι καὶ τὰ κατὰ τὸν θνητὸν τοῦτον περιπολοῦντα ἐξ ἀνάγκης, ὥς φησι Πλάτων. ἀλλ' ἧττον κακοήθης, ὡς νῦν ἐστι, καὶ ἁπλούστερα· καὶ ὀυκ ἐν βάθει τινὶ ταῖς ψυχαῖς ἐγκεκαυμένα ἀνίατα· πολλὴ γάρ ἐστιν ἡ διαφορὰ (ſic lego cum *Küſtero*) τῶν πάλαι κακῶν πρὸς τὰ νέα καὶ ὀυ ποσότητι μόνον κρειττόνων τε καὶ χειρόνων, ἀλλὰ καὶ ποιότητι τρόπων. Fragmentum *Platonis*, quod in Latinum convertere non auſus eſt *Kuſterus*, ex libro, qui hodie deſideratur, decerptum exiſtimo. Repono vero haud dubitanter, ac Critici, ſpero, correctionem leuiſſimam fatebuntur et veriſſimam: ἔιναι γὰρ δὴ πάλαι καὶ τὰ κακὰ τὸν θνητὸν τοῦτον περιπολοῦντα ἐξ ἀνάγκης, ὥς φησι Πλάτων, ἀλλ' ἧττον κακοήθη, ὡς νῦν ἐστι, καὶ ἁπλούστερα, καὶ ὀυκ ἐν βάθει τινὶ ταῖς ψυχαῖς ἐγκεκαυμένα ἀνίατα. Habes itaque, Erudite Lector, elegantem *Platonis* locum leni medicina incolumem. Communicabo autem tecum alio forte tempore plures in praeſtantiſſimum Lexicographorum emendationes.



DREY

Digitized by Google

DREY IDYLLEN

DES THEOCRITVS

AVS DEM GRIECHISCHEN ÜBERSETZT.

Digitized by Google

Digitized by Google

DIE SINGENDEN KUHHIRTEN

IDYLL. VI.

Die Kuhhirten Damötas und Daphnis trieben einſt ihre Heerden zuſammen; der eine Jüngling hatte noch ein weiches Kinn, der andere ſchon einen halben Bart. An einer Quelle ſezten ſich beyde, und ſangen an einem Sommermittage ein Lied: Daphnis ſing zuerſt an; denn er war der älteſte.

Daphnis. O Polyphem, Galathee wirft dir die Heerde mit Aepfeln und ruft dich, unglüklich verliebter Hirte! Du aber ſiehſt nicht hin nach ihr, Unglüklicher! du ſizeſt da und bläſeſt ruhig auf der Flöte. Sieh nun wieder! izt wirft ſie dir die Hündin, die Wächterin deiner Heerde. Sie aber bellt und ſieht ins Waſſer, und die kleinen ſanftplätſchernden Wellen geben ihr Bild wieder, ſo wie ſie am Ufer dahin läuft. Gib auf ſie acht, daſs ſie dem Mädchen nicht in die Beine fahre, wenn ſie aus dem Waſſer kommen wird, daſs ſie ihren ſchönen Leib nicht verwunde! So ſpielt deine Galathee mit dir, und bietet ſich dir an, wie vom Acanthus die dürren Blätter, wenn ſie der ſchöne Sommer brennt. Sie flieht den, der ſie liebt, und verfolgt den, der ſie nicht liebt. Sie rükt auch den Stein von der Linie; denn

denn gewiſs; Polyphem, der Liebe ſcheint oft das ſchön, was nicht ſchön iſt.

So ſang Daphnis, ihm antwortete Damötas.

Damötas. Beym Pan! ich habs geſehen, da ſie die Heerde warf, es hat mich nicht getäuſcht, mein einziges liebes Auge hat es geſehen, womit ich immerfort ſehen möge! Der Wahrſager aber, der Telamus, der mir Unglük prophezeiht, müſſe Unglük nach Hauſe bringen, daſs er es ſeinen Kindern aufhebe. So reize ich Galatheen zur Liebe; ich aber ſehe nicht wieder hin nach ihr, und ſage, ein anderes Mädchen liebe mich. Kaum hört ſie dieſs, ſo beneidet ſie mich, o Päan! ſie brennt, und wütend ſpringt ſie aus dem Waſſer, und durchſchaut die Höle, und überſieht die Heerde. Die Hündin aber iſt itzt ſtille; als ich Galatheen noch liebte, bellte ſie freudig, und hielt ſchmeichelnd ihre Schnauze an des Mädchens Lenden. Wird aber Galathee nur ſehen, daſs ich dieſs öfter thue; ſo wird ſie mir Boten ſchicken, und dann ſchlieſse ich die Thüre zu, bis ſie mir ſchwört, ſie wolle mir ſelbſt hier auf der Inſel ein weiches Bette machen. Denn ſo häſslich bin ich doch nicht, als die Leute ſagen. Noch neulich als ich mich im ſtillen Meere beſah, da war mein Bart gewiſs ſchön, und mein einziges Auge war, wie mich dünkte auch ſchön, und meine Zähne glänzten im Meere weiſſer als Pariſcher Marmor. Damit man mich nicht bezaubern möchte, ſpie ich mir dreimal in den Schooſs; denn das habe ich von der

alten

Digitized by Google

alten Frau Cotyttaris gelernt, die neulich bey Hippokoon den Schnittern vorſang.

So ſang Damötas, und küſste den Daphnis: Da gab ihm Daphnis ſein Rohr, Damötas aber gab dem Daphnis die ſchöne Flöte; denn Damötas ſpielte die Flöte, Daphnis aber das Rohr. Und die jungen Kälber hüpften auf dem weichen Graſe. Keiner aber von den Jünglingen hatte den andern überwunden, beyde waren unbeſiegt.

DER CYCLOPE. ID. XI. *)

Wider die Liebe, mein Nicias, iſt keine Arzeney, weder ein Oel noch ein Balſam, als die Muſen. Eine ſanfte und angenehme Arzeney, die unter den Menſchen wächſt und doch ſo ſchwer zu finden iſt! Du wirſt ſie kennen Nicias, denn du biſt ein Arzt und der neun Muſen Liebling.

Hiedurch beruhigte ſich auf unſrer Flur ſchon der Cyclope, der alte Polyphem, da er Galatheen liebte, als er kaum anfing um den Mund und die Schläfe mannbar zu werden. Er liebte nicht mit Roſen noch mit Aepfeln oder Haarflechten **); ſeine

*) Die ſchöne Ueberſetzung, die Herr Ramler in ſeiner Einleitung in die ſchönen Wiſſenſchaften von dieſer Idylle gegeben, habe ich gegen die meinige gehalten, da ſie lange fertig war, und aus jener nur ſehr wenig in der meinigen geändert. Die liebenswürdige Simplicität des Theocritus habe ich überall, auch da, wo ſie ein wenig unſchmakhaft und unedel ſcheinen könnte, nicht zu verſchönern, ſondern überall ſo auszudrüken geſucht, wie ich ſie fand. Dieſs wird, wie ich hoffe, einigen Leſern nicht unangenehm ſeyn.

**) Der Cyclope liebte ſeine Schöne nicht nach der gewöhnlichen Art, indem er ihr mit Roſen, Aepfeln oder künſtlich ge-

Digitized by Google

ſeine Liebe war ganz Wuth. Ihr ſezte er alles nach. Oft kamen die Schafe allein aus der grünen Weide in ihre Ställe zurük; er aber beſang ſeine Galathee, und verſchmachtete am ſchilfreichen Geſtade mit einer unglüklichen Wunde unter dem Herzen, die ihm der Pfeil der groſſen Cypris geſchlagen hatte. Er aber fand dieſe Arzeney, auf einem hohen Felſen ſizend ſchaute er ins Meer, und ſang alſo:

O ſchöne Galathee, warum verwirfſt du den, der dich liebt? Du biſt weiſſer als geronnene Milch, zarter als ein Lamm, muthwilliger als ein junges Kalb, glänzender als eine unreife Traube. Du kommſt oft hieher, wenn der ſüſſe Schlaf mich umarmt, und fliehſt wieder, ſo bald der ſüſſe Schlaf mich verläſst. Du fliehſt gleich einem Schaf, das den grauen Wolf geſehen. Damals, o Galathee, als ein kleines Mädchen, liebte ich dich ſchon, als du zum erſtenmal kamſt mit meiner Mutter vom Berge Veilchen zu pflüken, und ich euch den Weg führte. Aber dir, beym Jupiter! dir macht dieſs keine Unruhe. Ich weiſs es, liebenswürdiges Mädchen, warum du mich fliehſt. Weil mir ein rauhes Augenbraun die ganze Stirne bedekt, ein langes Augenbraun von einem Ohre bis zum andern. Darunter liegt mein einziges Auge verſtekt, und eine breite Naſe hängt mir über die Lefzen.

geflochtenen Haaren Geſchenke machte, und dadurch ihre Liebe zu gewinnen ſuchte. Daſs die Alten ihre Schönen auch mit geflochtenen Haaren beſchenkt haben, merkte Herr D. Reiſke bey dieſer Stelle an, und verweiſt auf das Hamburg. Magazin B. XVIII. S. 592 folg. wo er ausführlicher von dieſem Gebrauche gehandelt.

Digitized by Google

Leſzen. Aber ſo, wie ich dir da bin, weide ich doch tauſend Schafe, und trinke die beſte Milch, die die Schafe mir geben. An Käſe fehlt es mir nie, weder im Sommer, noch im Herbſte, noch mitten im Winter. Meine Körbe ſind immer voll. Auf der Flöte ſpiele ich beſſer, als irgend einer von den Cyclopen, wenn ich dich, mein liebes ſüſſes Aepfelchen *) und mich ſelbſt beſinge; oft thue ich das noch in der ſpätſten Nacht. Izt füttre ich dir eilf junge Rehe, alle geſprenkelt, und vier kleine Bären. Komm du nur zu mir, du ſollſt nichts weniger als ich haben. Laſs das blaue Meer ſein Ufer ſchlagen, vergnügter wirſt du in der Höle bey mir die Nacht zubringen. Da ſind Lorbeerbäume und ſchlanke Cypreſſen, da iſt ſchwarzes Epheu, da iſt ein Weinſtock mit ſüſſen Beeren, da iſt kaltes Waſſer, das mir der baumreiche Aetna aus dem weiſſen Schnee ſchikt, ein göttlicher Trank! Wer wollte dafür lieber im Meer und unter den Wellen wohnen? Wenn ich dir zu rauch ſcheine; ſo habe ich doch viel Eichenholz und beſtändig Feuer unter der Aſche. Von dir wollte ich mir auch die Seele verbrennen laſſen, und dieſs einzige Auge, das mir auf der Welt das liebſte iſt. O daſs mich meine Mutter nicht mit Floſsfedern gebohren hat! Dann wollte ich zu dir hinabkommen, und dir die Hand küſſen, wenn du den Mund nicht wollteſt. Dann brächte ich dir weiſſe Lilien

*) Τὶν, τὸ φίλον γλυκύμαλον. So nennt der Cyclope ſeine Galathee.

Lilien und zarten Mohn mit rothen Kläpperchen. Zwar das eine wächſt im Sommer, das andere im Winter; beydes zugleich könnte ich dir nicht bringen. Ja gewiſs, liebes Mädchen, ich will noch ſchwimmen lernen, ſo bald nur ein Fremdling mit einem Schiffe hieher kommen wird, um zu ſehen, welche Wolluſt es ſey im Waſſer zu wohnen. Komm aus den Wellen hervor, ſchöne Galathee, und wenn du aus dem Waſſer biſt; ſo vergiſs, wie ich thue, da ich hier ſize, vergiſs wieder heim zu gehen! Dann ſollſt du zugleich mit mir weiden, und dem Viehe die Milch nehmen, und Käſe preſſen. Nur meine Mutter thut mir Unrecht, ich muſs über ſie klagen; ſie hat dir noch nie etwas Liebes von mir vorgeſagt, und ſie ſah doch, wie ich täglich abnahm. Ich will ihr ſagen, daſs mir der Kopf und meine beyden Füſſe weh thun, damit ſie ſich auch kränke, ſo wie ich mich kränke. O Cyclope, Cyclope, wo iſt dein Verſtand hin! Wenn du Körbe flechteteſt, und junges Kraut für deine Lämmer ſchnitteſt, du würdeſt weit klüger thun. Melke die Kuh, die du haſt, warum verfolgſt du das, was dich flieht! Du wirſt ſchon eine andere Galathee finden, und eine, die wohl noch ſchöner iſt. Viele Mädchen wollen die Nacht über mit mir ſpielen; ſie lachen alle, wenn ich ihnen zuhöre. Denn in der Welt muſs ich doch auch noch was gelten.

Alſo mäſsigte Polyphem ſeine Liebe durch den Geſang, und war zufriedner, als wenn er Gold um ſeine Galathee gegeben hätte.

Der

Digitized by Google

DER KUHHIRTE. ID. XX.

Jüngſt lachte mich Eunika aus, als ich ſie küſſen wollte, und ſchalt mich zugleich. Geh, ſprach ſie, du biſt ein elender Kuhhirte, und willſt mich küſſen? Nein, ich verſtehe nicht auf bäuriſch zu küſſen, ich weiſs nur Lippen aus der Stadt zu drüken. Du ſollſt meinen ſchönen Mund nicht küſſen, nicht einmal im Traume. Wie ſiehſt du doch aus! Wie redſt du! Wie bäuriſch iſt dein Scherz! Wie lieblich iſt deine Rede! Wie ſüſs ſind deine Worte! Wie weich iſt dein Bart! Wie ſchön dein Haar! Deine Lippen ſind gleich den Lippen eines Kranken, und deine Hände ſchwarz. Du riechſt übel; geh weg, daſs du mich nicht beſudelſt. So redte das Mädchen, und ſpie ſich dreimal in den Schooſs. Drauf überſah ſie mich lange vom Haupt bis auf die Füſſe, murmelte mit den Lippen und drehte die Augen auf die Seite; ſie war recht ſtolz auf ihre Schönheit: endlich that ſie den Mund weit auf, und lachte mich laut aus. Mir aber entbrannte das Blut, ich erröthete vor Wuth, wie die Roſe vom Thau. Drauf ging ſie fort; ich aber trage den Zorn unter dem Herzen, daſs die böſe Hure meiner geſpottet hat, da ich doch ſo liebenswürdig bin. Ihr Hirten, ſagt mir die Wahrheit, bin ich nicht ſchön? Oder hat mich ein Gott plözlich umgeſchaffen? denn vormals umkränzte mich liebliche Schönheit: ſo wie der Epheu ſich um den Baum ſchlingt; ſo beſchattete ein ſtarker Bart meinen Kinn, und um meine Schläfe hingen die Haare wie ein Schwarm Bienen. Eine weiſſe Stirne

glänzte mir über den ſchwarzen Augenbraunen, meine Augen waren ſchöner als die Augen der Minerva, mein Mund ſüſſer als Honig, und aus dem Munde floſs eine Rede lieblicher als Honig. Mein Lied iſt ſchön, ich mag das kleine Rohr ſpielen, oder die lange Flöte, oder das Cypriſche Rohr oder die ſiebenröhrigte Pfeiſe. Alle Mädchen auf den Bergen nennen mich ſchön, und alle lieben mich; nur dieſs Mädchen aus der Stadt liebte mich nicht. Darum weil ich ein Kuhhirte bin, lief ſie vorüber, und hörte mich nicht an. Sie weiſs nicht, daſs auch Venus einen Kuhhirten geliebt hat, und mit ihm auf den phrygiſchen Bergen geweidet, daſs ſie den Adonis ſelbſt in den Wäldern geliebt und in den Wäldern beweint hat. Und wer war denn Endymion? War er nicht ein Kuhhirte? Und ſelbſt Diana verliebte ſich in ihn, als er Kühe weidete; ſie ſchlupfte vom Himmel herab, und kam in den Latmiſchen Hayn, bey dem Knaben zu liegen. Auch du, Rhea, beweinſt einen Kuhhirten, und du, Sohn des Saturns, wie irrteſt du nicht umher eines jungen Knaben willen, der Kühe weidete! Nur Eunika allein liebte einen Kuhhirten nicht; denn ſie iſt auch mehr als Cybele, Cypris und Diana. Aber du, meine Cypris *), müſſeſt hinfort keinen ſchönen Jüngling mehr lieben und die Nächte allein ſchlafen!

*) Ich folge hier dem Caſaubon, der dafür hält, die Eunika werde vom Kuhhirten ſpottweiſe Cypris, gleichſam eine andere Venus, genannt.

10.

IO. BERNHARDI KOEHLERI

SPECIMEN EMENDATIONVM

IN

SCRIPTORES ARABICOS.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI ERVDITO S.

Quod vniuerſe olim de omnis generis eruditione dixit *Lucianus*, eam καὶ πόνου πολλοῦ καὶ χρόνου μακροῦ καὶ δαπάνης οὐ σμικρᾶς καὶ τύχης δεῖσθαι λαμπρᾶς, id ſane in linguae Arabicae ſtudium mirifice conuenit. Cur vero ad ſolidam linguae huius cognitionem tam difficilis detur aditus, ſitque perinde ac ad virtutem, vt eſt apud *Heſiodum*:

> μακρὸς τε καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν
> Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον,

cauſa duplex potiſſimum videtur eſſe, quod ſumma eſt librorum Arabicorum typis editorum paucitas, et quod horum etiam lectio maiori certe ex parte crebris librariorum et typothetarum vitiis eſt impeditiſſima. Quare vellem Viri harum literarum periti, ii maxime, quibus integros auctores edendi nulla obtingit facultas, ſubleuarent ſaltem hoc modo tironum ſtudia, locis ſcriptorum male laborantibus manus medicas ſingularibus libellis adhibendo.

Legenti igitur Scriptores Arabicos, quorum copia mihi eſt, quum plerumque inoffenſo pede non multum progredi liceret, coepi mox ea loca, in quibus haerebam, diligentiori examini ſubiicere et ingenium ad meliorem ſcripturam intendere. Hinc natae mihi variae variorum locorum emendationes, quarum ſpecimen nunc iudicio Tuo, Erudite Lector, ſubiiciam. Quod ſi Tibi non diſplicere videro, poſt haec fortaſſe alia eiusdem a me farinae habebis.

* * *

CAPVT I.

ABVLFEDA *de Vita Muhammedis frequenter emendatur.*

Ex *Abulfedae* Principum Muhammedanorum doctiſſimi Annalibus decerpta proſtat Vita Muhammedis eleganter ſcripta et non vna de cauſa digna quae legatur. Quo magis dolendum eſt, contigiſſe ei peſſimum editorem atque interpretem *Gagnierium*. Hunc tamen librum mihi ex Arabicis primum ingenii exercendi materiam ſumſi, quod ſperabam, ad eum emendandum haud parum mihi profuturam

Digitized by Google

ram elegantiſſimam prioris partis Annalium *Abulfedae* verſionem, quam Cel. *Reiſkio* acceptam referimus, qui vt mox altera edenda ſuo ſe promiſſo exſoluat, et munere commendatiſſimo omnes ſibi literarum et hiſtoriae Orientis Studioſos obſtringat, optandum eſt. Neque vero me mea ſpes ſefellit. Apparebit vel ex ſpecimine, quod dabimus, emendationum veritas iudicii, quod de Gagnierio nuper tulit Vir Celeb., quem modo nominaui, Prodidagm. ad Hiſtor. et Geogr. Orient. p. 228. Patebit opinor, *Gagnierium* cum linguae Arabicae ſcientia vix mediocri inſtructum caruiſſe prorſus iudicio critico et vſu codicum manuſcriptorum et omni acumine critico, ac ſaepe, cum veram ſcripturam haberet in ſuo codice, ductus literarum aſſequi non potuiſſe.

Pag. 2. vſ. 17. Muhammed natus dicitur die Lunae eoque duodecimo (والثاني عشر) Rabiâe prioris. Cl. *Reiſkius* contra in verſione ſua Annalium Abulfedeorum legit (لعشر) Quam Scripturam veram et ab *Abulfeda* profectam exiſtumo. Adſcripſerat nempe primum aliquis in margine aliorum ſententiam, quae Muhammedi natalem faciebat diem huius menſis octauum, quae probatur etiam *El-*

„ wat celebris illius equae, quae apud Arabes „ in prouerbium abiit, vt dicant, quemadmo- „ dum Harawat al Aghzab. „

Pag. 5. vſ. 4. Minimo duntaxat ſcribendi diſcrimine opus eſt, vt locus ex obſcuriſſimo fiat planiſſimus; فقال الى ان يملك منا اربعة عشر ملكا كانت امور فملك عشرة في اربع سنين. *Abd al Maſich*, inquit *Abulfeda*, *reuerſus ad Chosroen narrabat reſponſum, quod dederat Sathich. Tum Chosroes, donec regnauerint*, inquit, *quatuordecim principes, multum temporis effluxerit et interea contigerint forte alia, quae irritum reddant reſponſum Sathichi. Verum contra cadebat, ita nempe vt regnarent intra quatuor annos decem principes.* كانت امور eſt formula hoc vſu Arabibus trita, vt id notet, quod vulgo ſolemus dicere, *interim aliquid fit.* Neque aliter legiſſe Cl. *Reiſkium*, patet ex ipſius verſione.

Vſ. 9. بين بني نزار وهم يغزوا غير Cl. *Reiſkius* habet: *inter filios Nezari Modhaſum ceteroſque ejus fratres.* Ego vero vel quouis pignore certauerim, ita fuiſſe, ſed punctis quibusdam omiſſis. In codice *Gagnierii*: وهم مضر واخوته. Certe qui Codices manu ſcriptos tractarunt, non ignorant, quam

propo

prope haec ſcriptura diſtent ab iis, quae dedit *Gagnier*. Mox vſ. 19. repone لله ولرسوله et paullo poſt هذه بنت رسول الله.

Pag. 11. vſ. 14. locus eſt deſcriptorum neſcio, an *Gagnierii* negligentia grauiter corruptus: وهي حرب كانت بين قريش وكنانة ثم كانت بين قريش وكنانة ثم كانت علي هوازن وانتصرت قريش Haec vt primum legi, maioris lacunae ſuſpicionem mouebat illud علي هوازن; ſed poſtea, quomodo explenda eſſet, docuit me recenſio *Abulfedae Reiskiana*, quae hunc locum ita reddit: *Anno aetatis XIV intererat bello, quod appellatur al Faggjari (ſeu ſceleſtorum vel ſacrilegorum) quod Coraiſchitae eorumque affines et foederati Kenanitae cum Hawazenitis gerebant, ex eo ſic dictum, quod Hawazenitae audacia nefanda ſanctimoniam el Harami (ſeu ſacri territorii Meccani) violauerant. Iſto in bello primum quidem damna patiebantur Coraiſchitae cum Kenanitis, deinde autem verſo marte victores Coraiſchitae contundebant Hawazenitas.* Iam experiamur, an verba, quae in *Gagnieriana* editione exciderunt, *Abulfedae* reſtituere poſſimus. An igitur ſcripſit Auctor? وهي حرب كانت بين قريش وكنانة وبين هوازن وسميت بالفجار لما استحلت فيها هوازن حرمة الحرام

Digitized by Google

الحرام وكانت الكسرة في هذه الحرب اولا على قريش وكنانة ثم كانت على هوازن وانتصرت قريش. Recurrentes voces قريش وكنانة videntur errori locum dediſſe. Sumſi autem الكسرة, quod proprie *fracturam* vel *ſciſſuram* et ſenſu tranſlato *cladem* notat, vocabulum hac in re proprium. Sic *Elmacinus* H. S. p. 5. فكانت الكسرة اولا ثم كانت للمشركين. Par ſignificandi ratio ineſt in voce خلل. *Bohaddinus* Vit. Sal. p. 46. وجرى خلل في ذلك اليوم على المسلمين ولقد حكى السلطان صورة الكسرة في ذلك اليوم. Haec ideo non praetermittenda duxi, quod opportuna ſunt ad illuſtrandum Iud. XXI, 15. et alia Script. S. loca, vbi פרץ *cladem* notat. De nominis الفجار ratione, quam, quod non geminis uncis in verſione *Reiskiana* includitur, quibus alias ſua ab Auctoris verbis diligenter ſolet diſtinguere *Reiskius* ab ipſo *Abulfedae* traditam exiſtimo, ſpondere tamen non auſim, his ipſis plane, quas repoſui, verbis vſum fuiſſe Noſtrum, quamquam in استفحل ſumſi etiam vocabulum ipſi paullo poſt pag. 13. vſ. 15. et aliis hac in re frequentatum.

tam. Contra ea praelium nomen hoc ſuum ſortitum, quod ſacris menſibus eſſet commiſſum, ad hunc ipſum *Abulfedae* locum monet *Gagnier* et *Golius* Lex. pag. 1760. ſeducti, vt videtur, vtrique praua interpretatione verborum *al Kodzai* لما استحل فيه من المحارم, quam dedit magnus *Pocockius* Spec. Hiſt. Arab. p. 140. Quae quidem, vt *Abulfeda* nos docet, verti debuiſſent: *quod in hoc bello violata eſſent ſacra Meccana.* Caeterum eruditos Britannos Hiſtoriae mundi catholicae maioris auctores et hic et alibi ſequi *Gagnierium* ſuum, tametſi ſe vſos fuiſſe verſione Annalium *Abulfedae Reiſkiana* non ſemel profiteantur, ego equidem non miror; *ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ αἰεὶ πελάζει*; ſed hoc miror opus, quod erroribus ſcatet innumeris ac plane puerilibus et in ipſa Britannia parui aeſtimatur *), in Germania noſtra a Viris vere eruditiſſimis tanti fuiſſe habitum, vt in Germanicum transferre et operoſis inſtruere commentariis non dedignarentur.

Pag.

*) De hiſtoria et precio operis non poenitebit legiſſe the Memoirs of *George Pſalmanazar*, a reputed Native of Formoſa p. 245-286.

Pag. 12. vſ. 2. فلما بلغها صدق رسول الله عرضت عليه) Nulla corruptelae ſuſpicio tetigiſſe videtur *Gagnierium:* poterat vel hoc admonere, quod عرضت copula deſtituitur. Atque litera adiecta locum ſanum feciſſet: وامانته *integritatem Muhammedis ac fidem eius*.

Finem huius capitis dabo, ſi prius verſus ab Noſtro ex carmine *Aâmeri f. al Hareſçi al Gjorhemidae* prolatos refecero: قال عامر بن الحارث الجرهمي

وكنا ولاة البيت من بعد فابت
نطوف بذلك البيت والامر ظاهر
ومنها
كان لم يكن بين الحجون الي الصفا انيس ولم يسمر بمكة سامر
بلي نحن كنا فابادنا حروف
الليالي والجدود العواثر

Hunc in modum legendus ac diſtinguendus erat hicce locus. In tertio verſu vt facile tolero حروف الليالي, ſic ſi quis malit صروف الليالي, non multum refragabor. Hoc modo

modo *Hariri* Conſeſſu XXV. فليعتبر العاقل بتصالي وليبادر صرف الليالي, vbi Scholiaſtes صرف الليالي exponit حادثة الدهر.

CAPVT II.

Excerpta ex ABVLFEDAE *Annalibus poſt* BOHADDINI *Vitam Saladini ab* ALB. SCHVLTENSIO *edita et ipſe* BOHADDINVS *variis locis corriguntur.*

Progrediamur ad alteram *Abulfedae* Hiſtorici particulam, quam certe *Gagnieriana* illa multo emendatiorem edidit in Sylloge ſua Scriptorum de Vita Saladini Vir ſummus neo vnquam ſine laude nominandus *Alb. Schultenſius.* Quanquam vix operae pretium mihi facturus videor proferendo coniecturas quasdam et emendationes exigui, fateor, momenti, quae deſtituto iam verſione *Reiſkiana* in Excerpta illa ex *Abulfeda Schultenſiana* nata ſunt. Dabo tamen ſpecimen aliquod eorum, quae obſeruaui.

Pag. 5. vſ. 22. (على جمع المال وتحصيله) Malim وتحمله, quod melius, ni fallor, congruet cum praecedentibus. Paulo ante poſt يستغيث به lacunae alicuius ſuſpicionem habeo

habeo, quam tamen explere non eſt niſi ex integrioribus libris.

Pag. 7. v. 13. Carmen haud inelegans eſt *al Eámadi al Khatebi* in Schirkhuhum, cuius verſum ſecundum vide quaeſo, an praeſtet ita legere et interpretari:

يا شيركوه بن شادي الملك دعوة
فعرف خير ابن بخير اب

O Schirkhuh fili Schadi poſſeſſor regni qui nunc vocatur, ita noſcitur clari patris clarior filius. دعوة, quod proprie *vocationem*, translate etiam apud *Elmacinum* H. S. p. 245. *imperium* notat. Pari modo dicitur ندب. *Bohaddinus* V. S. pag. 62. فندبوني لهذا الامر *praefecerunt me huic rei gerendae.* Ex quo intelligitur, vnde Hebraeis Princeps dictus ſit נדיב, ſcil. quod vocatus eſt et conſtitutus ad rempublicam adminiſtrandam. Mox verſu vltimo carminis vix dubito, quin ſcribendum ſit: قد امكنت اسد الدين من فتح البلاد (*decretum, mandatum Dei*) الفريضة.

Pag. 8, vſ. 11. (ولا فزال فيه) Niſi gravius vitium latet, reponendum vtique: ولا فزال منها.

Pag.

Digitized by Google

Pag. 44. vſ. 19. وقصد كوكب ويجعل (علي حصارها اميرا) Structurae ratio requirit: وجعل. Mox perperam editur العساكير pro العساكر, et vſ. 31. reuocanda, quae excidit, praepoſitio: فسار الي تحت المرقب.

Atque haec pauca ſufficiant in *Abulfedea* illa à *Schultenſio* edita. Poſſem tabulas Geographicas quoque *Abulfedae*, quas cum Grauii verſione editas habemus, Arabiam maxime ex ipſo, illuſtriſſimi Auctoris Autographo Leidenſi, cuius Apographum pro ſingulari Suo in me fauore deſcribendum mihi conceſſit Cl. *Reiſkius*, crebris locis inculcare et reficere, nec pauca forte ex eodem in *Geographo Nubienſi* corrigere: ſed horum nunc quidem nihil proferam, quoniam ſpero futurum aliquando, opto certe, vt integrum *Abulfedae* opus Geographicum commentariis noſtris illuſtratum luce publica fruatur. Quandoquidem autem ad manum eſt Syntagma *Schultenſii* de vita Saladini, paucis quoque in *Bohaddinum* animaduerſionibus defungar.

Part. I. Cap. VII. vbi lenitatem ac temperantiam optimi Principis ſui praedicat Scriptor elegantiſſimus, vno atque altero in hanc rem

Digitized by Google

vtens, exemplo, priori narrationi pag. 22. hanc ſubiungit obſeruationem : ولو وقعت الواقعة لاحاد الناس لقام وقعد ومن الذي يقدر ان يخاطب احدا هو تحت حكمه بمثل ذلك وهذا غاية الاحسان والحلم . Si vitio vacat Scriptura, vt certe vacat meo iudicio, ſenſus eſt, vt arbitror: *Hoc ſi accidiſſet homini cuidam priuato, ſurrexiſſet ſane et rurſus conſediſſet: quis vero ſi talia ſibi dicerentur ab homine ſeruo et imperio ſuo obnoxio, aequo ferret animo? Sane hic eſt ſummus gradus bonitatis ac manſuetudinis.* Schultenſius cum vertit *indignabundus ſubſiluiſſet*, videtur voluiſſe لقام ونغرا ; ego vero nunquam ſpreuero vulgatam, quae ſenſum fundit plane commodum. Mox vſ. 11. pro نخلت malim رحلت.

Pag. 65. vſ. 22. (الي ديار العرب الى برقا) Repone : الي ديار المغرب . Barka enim non eſt Arabiae ſed Africae vrbs. V. Ind. Geogr. *Schultenſii.*

Pag. 69. vſ. 36. (الملك جفري والبرنس ارناط واخو الملك) Atqui non Gottfriedus erat Rex, ſed Regis Guidonis frater. Quare ſic ſcribendum cenſeo verbis tranſpoſitis : الملك

Digitized by Google

الملك واخو الملك جفري والمرنس ارناط هو صاحب شوبك, et ſic paulo poſt: ثم استنصر الملك واخاه جفري والبرنس ارناط. Ego enim erroris culpam conferre malim in inſcitiam deſcriptorum, quam in Auctorem Virum Principis familiarem et perpetuum comitem. البرنس eſt noſtrum *Prinz* vel Gallicum *Prince*, quod non difficile eſt videre, neque monuiſſem, niſi perlepide profecto Hiſtoriae vniuerſalis Auctoribus Britannis hunc Principem vocari viderem *al Bornas ſiue Arnoldum* Tom. XXI. recenſ. German. pag. 55. Mox pag. 70. vſ. 7. et ſupra p. 54. vſ. 7. perperam editur شخصا واحدا pro شخصا واحدا.

Pag. 76. vſ. 16. واقام هو موضع جماعة (من خواصة بعكا) Repone مع جماعة.

CAPVT. III.

Obſeruantur nonnulla ſuper ELMACINI *Hiſtoria Saracenica, et nomina quaedam locorum propria corriguntur. Diſputatur de ſedibus antiquis gentis al Chhozar et vnde Pontus Euxinus Arabibus dictus ſit* بحر نيطش, *obiter docetur.*

 Ope-

Digitized by Google

Operam commodabimus hoc capite *Elmacini* Hiſtoriae, vt vocatur, Saracenicae, quam qui parum emendate edidit *Thom. Erpenius*, Vir Arabice doctiſſimus, ſi plus aliquantum habuiſſet acuminis critici, minus nos tangeret deſiderium Latinae verſionis, quam reliquiſſe accepimus *Euſeb. Renaudotum*, Virum elegantis ingenii et pulchre doctum. Omnino enim probo ipſius *Renaudoti* iudicium, cum in Praefat. ad Hiſt. Patr. Alexandr. *Erpenium*, ait, *cum ſtilum eccleſiaſticum prorſus ignoraret, vtereturque codice non admodum accurate ſcripto, prope ſemper nihil minus quam quod Arabice Auctor ſcripſerat, Latine expreſſiſſe. Nec felicius*, addit, *Elmacinum interpretatus eſt noſtra linguâ Vir ceteroqui Arabice doctiſſimus, qui Latinam potius verſionem ſecutus videtur, quam Arabica Auctoris verba, cum praeterea nomina propria ſingulari et qua nemo alius forma expreſſerit, in qua Arabibus ipſis fuerit diuinandum. Eiusdem generis eſt Anglicana verſio, quae Latinam prorſus ſequitur.* Haec *Renaudotus*, quem quod iniquiorem aliunde cenſorem noui, prorſus vera praedicare de verſionibus *Elmacini* Anglicana et Gallica, ſpondere non auſim, vt qui priorem nunquam viderim,

Digitized by Google

derim, Gallicam *P. Vattieri* *) inſpexerim quidem olim Argentorati in Bibliotheca magni Patroni mei Illuſtr. *Schöpflini*, ſed cum Arabico non contulerim.

Vſus autem videtur *Erpenius* codice non quidem valde corrupto, ſed notis literarum diacriticis (quod ſolenne libris Arabicis manu ſcriptis) ſaepius deſtituto, quo factum, vt Vir licet doctiſſimus, ſed deſtitutus ſubſidiis, quae nunc habemus, hiſtoricis et geographicis et ab ingenio certe non paratiſſimus, punctis perperam collocatis, eleganti ſcriptori ſenſus haud raro ineptiſſimos tribuerit et cum multa tum praecipue virorum ac locorum nomina propria mirum in modum corruperit. Quod poſtremo loco dixi, id verum eſſe vno atque altero exemplo vincam.

Pag. 13. vſ. 21. paraſſe ſe dicitur Heraclius ad Perſidem oppugnandam et literis miſſis الي حاقان ملك الحزر (*ad Chacanum Regem Hazarorum*, habet et hic et alibi, vbi hoc nomen occurrit, *Erpenius*) ab eo petiiſſe, vt iuuaret ſe XL millibus equitum. Non

 animad-

*) Hiſtoire Mahometane, ou les 49 Chaliſes de Macine traduits d'Arabe en François par *Pierre Vattier* Paris 1658. 4.

animaduertit vitium, quod ineſt huic loco, *Io. Henr. Hottingerus*, qui multa alia in Noſtro Auctore correxit: non ſemel enim in Hiſtoria Eccleſiaſt. Hararorum ex *Elmacino* meminit. Sed legendum eſt haud dubie punctis duobus adiectis ملك الخزر, *Regem Chhozarorum*. Firmant hoc *Theophanes* et *Cedrenus*, qui (ſi recte in margine *Elmacini* mei notaui, hic loci enim, quod male me habet, Byzantinorum copia nobis non eſt) ad annum Heraclii XVI narrant Turcos Orientales, quos in ſocietatem belli pertrahere ſtuduerit Imperator, dictos fuiſſe *Chazaros* et Principem eorum *Caganum*. Forte etiam ad *Elmacinum* noſtrum reſpexerit *Herbelotus*, cum Bibl. Orient. pag. 1003. de terra Chhozar loquens, *C'eſt de là auſſi*, inquit, *que ſont ſortis ces Khorariens, connus particulierement ſous le nom de Turcs, qui ont couru en diverſes inondations une Partie de l'Aſie, depuis l'an 100 juſqu'en l'an 200 de l'Heg. Car au lieu de Khorariens il faut lire Khazariens ou Khozariens.* Hoc ideo monendum duxi, tametſi dudum ante, quam in hunc *Herbeloti* incidiſſem الخزر apud *Elmacinum* reponendum videram, ne quis me putaret gloriolam aliquam ex aliena emendatione ve-

nari

nari voluiſſe, a qua re, ſi quiſquam, valde abhorreo. De antiquis ſedibus gentis al Chhozar, cuius frequens in Scriptoribus Byzantinis et Arabicis mentio, res minus certa videtur. Celeb. *Deguignes* quidem, quem non ob magnam tantum et ſplendidam, qua ornatur, doctrinam ſed ob ſingularem etiam erga me humanitatem maximi ſemper faciam Hiſtor. Hunn. Vol. II. pag. 507. ex *Ven-hien-tum-Kao*, i. e. ampla Commentariorum de rebus Sinicis collectione centum voluminibus conſtante, quam in Bibliotheca Reg. Pariſ. videre me memini, vult Chhozaros incoluiſſe Cherſoneſum Tauricam, ſiue eam regionem, quae hodie vocetur Tataria Crimenſis. Sed vereor, ne minus accurate hoc tradiderint Sinenſes, ſaltem dubito, vt de his temporibus, de quibus hic *Elmacinus* noſter, et eo, quem modo indicavi, loco Cel. *Deguignes* loquitur, verum ſit. Mihi quidem tum ex variis Scriptorum locis, V. G. *Nubienſis Geographi* Clim. VI. Sect. VI. p. 295. 16. et Sect. VII. p. 297. 13 ſq. tum ex ipſo nomine manifeſtum videtur, al Chhozaros habuiſſe non ad Mare Nigrum *), ſed ad mare Caſpium,

 quod

*) Arabes vocant بحر نيطش, cuius nominis

quod ab ipſis τῦ بحر الخزر nomen traxit, et loca tenuiſſe circa Wolgam fluuium (Arabibus نهر الاتل dicitur) et Georgiae ad ſeptentrionem ſita: ſuſpicor etiam omnes gentes Mari Caſpio vicinas communi nonnunquam nomine al Chhozarorum accolarum maris Caſpii fuiſſe vocatas. Sic certe *Abulfaragius* H. D. p. 377. Georgianos ait eosdem eſſe Chhozaros, modo ſint الكرج Georgiani; *Abulfedae* enim in Geographia جرجان vo-

nis originem, de qua diu quid ſtatuerem, incertum habui, non alienum videtur obiter declarare. Vt primum illud legi apud *Nubienſem Geographum*, vix dubitaui, quin reſcribendum eſſet بحر بنطش *Mare Pontus*, Euxinus nempe; ac poſtea vidi eandem coniecturam *Abulfedae* Geographo non vno loco in margine appoſuiſſe Cl. *Reiſkium*. Sed legi poſtea idem nomen quoque non ſemel apud *Ibn al Wardium*, ac durius mihi viſum eſt tot corrigere loca Scriptorum in eadem vocis ſcriptura congruentium. Quare vero propius exiſtimo, quod modo in mentem venit, τὸ نبطش corruptum eſſe ex *Maeotis*. Generalius autem eſt Arabibus nomen τὸ بحر نبطس paludique Moeoticae, et cui per Boſphorum Cimmerium ea iungitur, Ponto Euxino commune.

Digitized by Google

vocantur. Sed hoc, ne nimis euagemur, in praeſentia quidem omitto, et aliis interea diſquirendum trado.

Pag. 162. vſ. 24. الحبيب صاحب الريح) Legendum haud dubie: صاحب الزنج *Dominus Zingjeorum*, gentis Aethiopum, quorum terra hodie vocatur Zangebar. Dudum hoc monuit *I. H. Hottinger* Hiſt. Eccl. Saec. IX. p. 631. et poſt eum *Herbelotus* B. O. p. 929. B., iterumque neutro nominato *Renaudotus* H. P. A. p. 321., qui forte ſaepius plagii reus videri poſſit. Miror equidem, toties Virum doctiſſimum easdem cum *Hottingero* proferre emendationes, quem ne ſemel quidem nominet.

Pag. 143. v. 26. فاشتري سر مر راي وعمرها) Non opus eſt, niſi puncto loco poſito et leni inſuper vnius literae inflexione, habebis سر من راي, Sorra man raa ſive Samarram Chaldaeae vrbem. Ita enim non minus ac سامرا vocari, auctores habeo *Abulfedam* in Tab. VIII. et *Nub. Geogr.* Sect. IV. Clim. VI. p. 241. 6. Male igitur *I. H. Hottinger* in margine *Elmacini* ſui, qui nunc eſt Bibliothec. Elect. Palat., adſcripſerat: سرمرراي

vna voce; ſi quidem lectionem hanc, quam repererat, credo, in veteri libro, in textum voluit recipi.

Habeo nempe magni huius Viri et de literis Orientalibus excellenter meriti emendationes in *Elmacinum,* quas Manhemii olim ex margine exempli, cui alleuerat *Hottinger*, beneuole mihi deſcribendas conceſſit Vir egregia doctrina illuſtris et ſingularis erga nos beneuolentiae *Andr. Lamey*, Biblioth. Elector. Praefectus. Cur vero maximam harum correctionum partem ex Codice manu exarato ductam exiſtimem (maximam partem, inquam, deprehendi et vnam alteramque coniecturam *Hottingerianam* cuius indicium erat adiectum *forte*) eius opinionis duas habeo cauſas, vnam quod *Hottingerus* cum in Orientali Hiſtoria tum praecipue in Eccleſiaſtica non ſemel ad emendatiora *Elmacini* exemplaria prouocat, alteram quod eidem exemplo *Elmacini Hottingeriano* annexum eſt additamentum, quo hiſtoria ad annum vsque Heg. 573 producitur, cum hac ὑπογραφῇ: *Addita haec ſunt ex ipſo Autographo Heidelbergenſi, quo vſus aliquando fuit Erpenius.* Hoc quoque ſupplementum ex exemplo *Hottingeriano*, ſed praue admodum

dum ſcripto et notis literarum diacriticis ſaepiſſime deſtituto meum feci, et luce publica aliquando, qua dignum eſt, donabo. Nunc autem in guſtum ſaltem duo *Elmacini* capita, quae de rebus geſtis al Amini et al Mamonis Abbaſidarum Principum exponunt, cum ex Codice *Hottingeri* tum ex ingenio meo integritati reſtituere conabor. Sed ne longius hoc caput excreſcat, ſeiungam iſta a ſuperioribus.

CAPVT IV.

ELMACINVS *frequenter emendatus et explicatus.* *Defectus in* ABVLFEDAE *Arabia ex Autographo ſuppletus.*

Pergemus igitur de *Elmacino* bene mereri, et quicquid huius eſt capitis, dicabimus mendis ex libri II capitibus VIII et IX tollendis, corrigemus etiam ſubinde verſionem *Erpenii*.

Pag. 125. vſ. 36. وانعزك اصحاب الامين) ناحية عن بلد) Verum eſt, quod dat Cod. Hotting. وانعزل *ſeceſſerunt milites al Amini in campum ſuburbanum.* Supra vſ. 20. corrige verſionem *Erpenii*: *Muhammedem filium al Chaſſani f. at Tachtahi.*

Pag.

Pag. 126. vſ. 3. Cod. Hott. جابر بن الاشعث et vſ. 7. احمد بن مزيد) Vtrumque probat *Abulfeda* A. M. p. 170.

Vſ. 12. وسلبها الهزيمة) Legendum haud dubie punctis tantummodo mutatis : وسلبها الهرثمة : Firmant emendationem nominis, quod ſaepius occurrit, et ſic quoque pag. 127. vſ. 13. et alibi pro هزيمة بن اعين reponendum docent هرثمة بن اعين *Abulfaragius* H. D. p. 140. et *Abulfeda* A. M. pag. 170. Errori locum dedit nomen Praefecti Aegyptii, cuius modo meminerat, حاتم بن هزيمة بن اعين.

Vſ. 29. فشعثوا عليه) Vitium typographicum emendabat *Hottinger*: فشعثوا. Hoc minus arrideat, poteris ſcribere فشغبوا.

Pag. 128. v. 15. وغرق منها) Imo وغرقت بمن فيها aut وغرق من فيها

Vſ. 18. pro برنون ſcribe برذون.

Vſ. 19. التلخي) Cod. Hott. recte البلخي. In fine paginae male dicitur al Aminus regnaſſe annos IV, menſes VIII, et dies XVIII, quum Arabica dent VII menſes, quod verius videtur. Idem enim Noſter infra pag. 131. vſ. 7. auctoritate Chronologi alicuius. Quanquam

quam diſſident *Abulfeda* et *Abulfaragius*, qui pro octo menſibus ſtant, et vitam al Amini, non vt *Elmacinus* XXIX, ſed XXVIII annorum fuiſſe narrant. Contra ea cum Noſtro facit *Mardi Ibn Juſef*, in Hiſtoria MS. Principum Aegypti (كتاب نزهة الناظرين في تاريخ من ولي مصر من الخلفا والسلاطين) p. m. 7. الامين محمد ولد هرون بويع يوم موته فاقام اربع سنين وسبعة اشهر وخلع ثم قتل في المحرم سنة ثمان وتسعين ومائة وعمره تسع وعشرون سنة.

Pag. 128. vſ. 17. فقد لاح لي علي كوتر شاه مات) Recte Cod. Hott. كوثر, vt *Abulfaragius* pag. 243. Grauiter autem hallucinatus eſt *Erpenius* dum formulam Perſicam (ex Arabiſmo explicat, et شاه مات exponit *taurum ſilueſtrem moriturum*. Miror equidem, nunquam illi auditas fuiſſe voces illas *Schach mat*; ſcilicet ſic erat vertendum: *Iam apparet mihi contra Khaſçerum Schah mat*, iam video, quomodo regem eius ad incitas poſſim redigere. De ludo hocce ingenioſiſſimo, quem nos dicimus *Schachſpiel*, Arabes nomine inventoris Philoſophi et Mathematici Perſae celeber-

Digitized by Google

leberrimi شطرنج vocant, pulchre expoſuit *Thom. Hyde* libro de ludis Orientalium, neque in Prolegomenis, vt vocat, curioſis *Elmacini* interpretem in viam reducere neglexit. In quo praeeuntes ſibi habuit *Lev. Warnerum* Virum elegantiſſimum Prouerb. Perſ. pag. 18. et *Hottingerum* Hiſt. Eccleſ. Saec. IX. p. 641. itemque *Herbelotum* B. O. pag. 409 B, quorum neminem dignatur nominare.

Pag. 129. vſ. 19. Pulchri ſunt, modo maculas abſtergeas, verſus Poetae:

اذا غد ملك بالهو مشتغلا فاحكم
علي ملكه بالويل والحرب.
اما ترا الشمس في الميزان هابطة
وهو برج اللهو والطرب.

Recte in priori verſu Cod. Hott. غدا. Alter autem, in quo nihil reperi ab *Hottingero* notatum grauiori etiam, niſi me fallo, vulnere laborat, quod vt magis pateat, ecce tibi vtrumque verſum ex verſione *Herbeloti* B. O. p. 410. A.

Lorſqu'un Prince paſſe la nuit entiere a puer; il ſe condamne lui et ſon Etat a un malheur inevitable.

Le

Le Soleil baiſſe auſſitot, qu'il eſt entré dans le ſigne de la Balance parcequ' il ſort de celui de la Vierge, et qu'il a ſejourné dans la maiſon des jeux et de la Danſe.

Les Aſtronomes Arabes, addit illuſtrationis gratia, *mettent une lyre en main au ſigne de la Vierge, au lieu d'un épy, que nous lui donnons.* Hinc igitur apud Noſtrum, tametſi manifeſtum eſt paulo liberius vertiſſe *Herbelotum*, vt ſenſum magis exprimeret, interponendum eſſe nullus dubito:

اما ترا الشمس في الميزان هابطة
من بكر وهي برج اللهو والطرب

Videsne ſolem declinare in libra, quum egreditur ex ſigno Virginis, qui aſteriſmus eſt luſus et voluptatum. وهو tamen poteſt, credo, ſervari et conſtrui cum برج. Metrum quoque, ni fallor, voces, quas ſuppleuimus, deſiderat, et potuerunt facile ab oſcitantibus librariis praetermitti ob ſimilitudinem ſequentium.

Pag. 130. vſ. 3. كلبس لغيري كان
اكثر ناصري في الناس سحا صرح بالدم
De lectione et interpretatione huius verſus haereo. Cod. Hott.

كليب

كليب لعمري كان اكثر ناصري
وايسر دنبا صرح بالدم

quod quid ſibi velit, non aſſequor. Scribendum fortaſſe

كليبب لعمري كان اكثر ناصري والسر
دنيا صرح بالدم

Canes (aduerſarii, vt ſaepe כְלָבִים in Pſalmis) *fuere per vitam meam maxima pars adiutorum meorum, et occultum mundi manifeſtatur ſanguine.* Sed fateor, mihi ipſi haec mea non ſatisfaciunt, et gratiam a me inibit, qui me meliora ac certiora docuerit.

Vſ. 8. recte delendum monet *Hottinger* τὸ علي, et vſ. 19 verba illa الي ملك referenda eſſe ad verſiculum praecedentem.

Pag. 131. v. 3. Recte Cod. Hott. ابو البحتري, et vſ. 28. بن الحسين, et vſ. 34. الخزاعي.

Pag. 132. vſ. 3. ودعا الي الرضا من ال محمد) Verti debuerat: *Et inuitabat populum ad praeſtandum ſacramentum viro digniſſimo et probatiſſimo* (τῷ εὐδοκιμουμένῳ) *ex familia Muhammedis.* Eodem modo eadem verba verte infra pag. 133, vſ. 12. De veritate interpretationis noſtrae ne dubitemus facit

Cl.

Digitized by Google

Cl. *Reiſkius* in verſione Annalium *Abulfedae* p. 172. apud quem vix dubito, quin eadem verba, quae apud Noſtrum legantur. Male etiam vſ. 9. الخوارج *Erpenius* reddit tanquam proprium gentis nomen *Chawariſii*: imo vertere debuerat *rebelles*.

Vſ. vlt. في الفضل بن سهل) Si Noſter corrigendus eſt ex *Abulfeda* Ann. p. 173., reſcribendum erit: في الحسن بن سهل. Ego vero *Elmacini* narrationem praetulerim *Abulfedae*.

Pag. 133. vſ. 29. بالمبدان) Repone بالمداين et pro سرجين paucis verſibus interiectis سرخس. De vtraque vrbe, altera Chaldaeae, altera Chhoraſanae, donec prodierit *Abulfeda*, videatur *Geogr. Nubienſis* Sect. VI. Clim. IV. p. 247. 10. et Sect. VII. Cl. III. p. 149. 2. vbi perperam legitur سرحس cum حاء مهملة, itemque p. 157. 13.

Pag. 134. v. 13. نعيل) Cod. Hott. نعبل; recte; hoc enim Poetae nomen erat V. *Herbel.* B. O. p. 281. A. et 481. A. Verſum priorem ex carmine eius in Aâlium ab Noſtro productum pulchre ita legebat *Hottinger*.

مدارس ايات خلت من تلاوة
ومنزل مقفر العرصات

Scholae Alcoranicae vacuae ſunt a lectione, et domicilium reuelationis eſt locus vaſtus.

Pag. 135. vſ. 6. (وافتدارا) Cod. Hott. وابتدارا. Vulgatum bene habet.

Vſ. 15. Ita prorſus frigidi et inepti ſunt, noſtro quidem iudicio, verſus, quibus Poeta neſcio quis Thaherum nauicula Tigri vehentem celebraſſe dicitur, vt eam ipſam ob cauſam mereantur apponi. Conuertimus eos ad noſtrum quidem ſenſum:

Mirum eſt de nauicula filii al Choſaini, natare eam nec ſubmergi,

Cum duorum marium aliud infra eum ſit, aliud ſuperne eam operiat.

Verum magis eo mirandum eſt de lignis eius, quomodo prope iis ſit (Princeps, qui hic cum ſole comparari videtur) *non frondeſcere.*

Lego verſu tertio pro وقدمها cum Cod. Hotting. وَقَدْ أَمَّهَا. Celebrat autem Poeta, vt cuiuis Arabiae non nimis hoſpiti facile apparet, Thaherum ab eximia largitate ac munificentia. Et apte ſane vir diues ac liberalis mari

Digitized by Google

mari comparatur immenſo et exundanti. Sed nuſquam alibi meheracle tam frigere deprehendi comparationem iſtam frequenti vſu Poetis maxime apud Arabes tritam. Exemplo autem poteſt hic locus eſſe, quam ineptae poſſint ex modis loquendi tropicis excudi ſententiae a Poetis maxime, dum ingenium volunt oſtentare. Enimuero vitium hoc, niſi quis ſua tantum lingua placere cupit, diligenter cauendum exiſtimo. Verum aequiores quoque nos eſſe decet erga Scriptores exteros, orientales maxime, quorum linguae ſummam habent cum noſtris diſſimilitudinem, neque eos ex noſtrae, ſed eius, qua ſcripſerunt, genio iudicare. Ego equidem vix dubito, tametſi de eo, quem ſupra poſui Poetae loco nihil temere affirmem, ſed vix dubito, inquam, quin pulchra ac praeclara nonnunquam duxerint Arabes eadem, quae nobis inepta ac ridicula habentur, quod eas verborum translationes, quae familiares ipſis ac propriis locutionibus fere pares erant, prorſus ignoramus. Haec paulo fuſius diſputaui, quod admonitionem ab hoc loco forte alienam non inutilem fore putabam Sacrorum Codicum Interpreti.

Digitized by Google

Pag. 136. vſ. 1. et 2. C. H. فاوح et كثرة الذانيب. Prius tametſi admittit ſenſum commodum, minus placet vulgato فدع, poſterius omnino probandum ac tollendum cenſeo.

Vſ. 4. (لا تثرتاب) Scribendum omnino cum C. H. لا تثريب, quod poſtulat non modo Kafiah ſ. rhythmus, ſed habet etiam Surah Ioſephi, quam ipſe antea ediderat *Erpenius*, vſ. 93. قال لا تثريب عليكم اليوم يغفر الله لكم وهو ارحم الراحمين. Modo etiam non male alterum فقل delet *Hottinger*.

Vſ. 20. (وكان بعده) *Hottinger:* بغتة vel *forte* بعثة. Probo prius et vertendum puto *confeſtim, illico*. Sequens شرابة valde moleſtum mihi eſt, nec quid eo faciam, habeo. Cogitaui شرطة et شانة; ſed neutrum mihi ſatisfacit.

Vſ. 24. (ابتني المامون ببوران بنت الحسن) Cod. Hott. ببزوان. Scribendum vero haud dubie: ببوران بنت الحسن, quod ſenſum dat plane alium: *Et duxit al Mamun Buranam filiam al Chaſani*. Idem tradit *Abulfeda* Ann. p. 184. Patet vero ex hoc

loco

loco, vocem بني ſenſu ſponſam domum deducendi conſtrui etiam eum ب , quod male inuito Firuzabadio negat *Golius* Lex. p. 330. De morte Buranae huius meminit Noſter p. 173. vſ. 31. vbi pro توران ſcribendum eſt بوران.

Vſ. 34. وفيها اظهر المامون القول بخلق القران وتفضيل على وهو افضل الخلق بعد رسول الله) Recte Cod Hott. tam hic quam pag. 138. vſ. 18. بخلق et الخلق. Atque ita dudum ante *Renaudotum* H. P. A. p. 276. vtrumque locum emendauit et veram interpretationem docuit ipſe *Hottingerus* Hiſt. Eccl. Saec. IX. p. 632. et Orient. l. II. c. IV. p. 416 ſq. Idem de al Mamuno tradit *Abulfeda* Ann. p. 185. et *Maraí Ibn Iuſef* Hiſt. M. S. Principum Aegypti p. m. 8. his verbis: وهو اول من اظهر القول بخلق القران وتبعه المعتصم والواثق علي ذلك. Caeterum de controuerſia iſta Muhammedanorum, qua alii aeternum, alii creatum aſſerebant Coranum, vide etiam *Pocockium* Spec. Hiſt. Ar. p. 220.

Pag. 137. vſ. 17. علي صالح) Recte Cod. Hott. علي صلح, et vſ. 19. الي طوابة.

 Vſ.

Vſ. 25. اهل السبا) Puncta diacritica hic nulla adiecit *Hottinger*, quod indicio eſt, eum non reperiſſe in Codice Heidelb. *Erpenius* legit النبيا. Sed تيما (ita ſemper ſcribitur ſine articulo) vrbs eſt non Aegypti, ſed Arabiae. Quod patet ex Arabia *Abulfedae* Vol. III. Geogr. minor. *Hudſoni*, vbi locum grauiter corruptum et mutilum ita reſtituo: وما كان من حد الانبار الي بالس الي تيما ووادي القري فهو الجزيرة. Apud *Eutychium* vero, quem laudo ex fide *Renaudoti* H. P. A. p. 273. eo enim ipſe non vtor, vbi eandem rem, quam Noſter narrat, non *Taima*, ſed *Bima* legitur, eoque notari dicitur *progenies quadragenorum*. Quare vix dubito cum *Renaudoto*, quin reponendum ſit النبيم vel النبيا. Scilicet ϩⲙ Aegyptiis vt Graecis XL notat et NI eſt nota pluralis. Ita tamen *Elmacinum* ipſum, cum de ſcriptura vocis haereret, puncta diacritica omiſiſſe exiſtimo.

Vſ. 29. مختزونة في حبرون) Hebronis mentionem ab hoc loco alienam eſſe facile patet. Cod. Hott. في حيرون: ſed procul dubio ſcripſerat Auctor: في جبرون i. e. في باب جبرون. Sic enim vocabatur Moſchea

ſchea

Digitized by Google

ſchea quaedam Damaſcena auctore *Abulfeda* Tab. Syr. p. 16. Erant igitur Merwano al Chemaro theſauri reconditi ſub columnis Moſcheae Damaſcenae, quae dicebatur Bab Gjirun. Vſ. 36. Cod. Hott. recte الأصمعي, v. *Herbel*, B. O. p. 139. A.

Pag. 138. vſ. 21. احمد بن حبيب) Repone احمد بن حنبل. de quo vid. *Abulf.* Ann. p. 187. et Herbel. B. O. p. 73. B.

Vſ. 25. lege فاطمة, vſ. 34. النجوم, vſ. 36. خلفوه بناحيتي طرسوس مثلما خلفوا. Omnia iam correxerat *Hottinger*.

Vſ. 29. لاثنتي عشرة ليلة بقيت من شهر رجب) Locum hunc Vir incomparabilis *Anton. Pagi* Crit Baron. ad A. 833. n. XIII. ita emendat, vt loco XIX. (ſed in Arabico eſt XVIII.) menſis Regjebi reponi velit IX. m. Regj. Quod non aſſentior Viro praeclariſſimo, quem ſaepius ab ignorantia linguae Arabicae in errorem ductum deprehendi. Primum enim multo maior haec foret mutatio in Arabico atque eſt in Latino. Nam linguae ratio poſtularet reponi: لتسع خلون من شهر رجب: Deinde vero concordat cum Noſtro *Abulfeda*, qui al Mamonem die XIII. Gjumadae poſterioris in morbum incidiſſe, et

Digitized by Google

XVIII. Regjebi menſis deceſſiſſe narrat. Mox autem cum Noſter al Mamonem annos XLIX. vixiſſe ait, diſſident ab eo *Abulfeda* et *Abulfaragius*, itemque *Maraî Ibn Iuſef*, qui anno aetatis XLVIII. Principem vita exceſſiſſe narrant. Quare in hoc aut *Elmacinum* aut deſcriptores eius peccaſſe, vix eſt quod dubitemus.

Pag. 139. vſ. 5. بعده حال اسود) Recte *Hottinger:* بخده خال اسود, *in maxilla* eius naeuus niger ſine crine.

Vſ. 10. وحل الريح والريح الميمونى) Lego cum Cod. Hotting. وحل النريج والنريج الميمونى. Eam emendationem quoque *Renaudoto* H. P. A. p. 275. praecepit ipſe *Hottinger* Anal. Hiſt. Theol. p. 240. Mox vſ. 18. pro خفية Cod. Hott. خفه, de quo quid ſibi velit haereo. Paulo poſt vſ. 29. idem Codex recte الواقدي et vſ. 30. المخزومي et vſ. vlt. paginae poſt ورس inſerit ي.

Atque haec habui, Erudite Lector, quae Tecum in duo iſta *Elmacini* capita, quae emendanda ſumſeram, communicarem. Poſſem plura in eundem auctorem et alios; ſed ſufficiant haec pauca, in guſtum ſaltem. Quodſi vero hanc operam ſcriptoribus arabicis naua-

tam

tam Viris eruditis et harum litterarum peritis probauero, pergam in hac tela texenda, ac porro id agam vt de litteris arabicis pro virili mea bene meream.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

LECTORI ERUDITO S.

Tardius, quam putaram, prodit libellus, quem annus amplius eſt, cum librario ut typis exſcribi curaret, commiſi. Interea dum per otium oculo diligentiore meas percurro adnotationes, obtulerunt ſe, quae vel addi vel emendari poſſe viderentur. Ea hic loci adnotare, et vitia etiam, quae ab operis venerant, corrigere operae pretium duxi.

Id vero pergratum mihi perque jucundum accidit, quod haud exiguum libello meo ornamentum ex recondita eruditionis ſuae penu accedere paſſus eſt Cl. *Reiskius*, quem Virum vere eruditiſſimum divino quodam munere doctorem mihi contigiſſe, et eundem amicum nunc habere me integerrimum, gaudeo ſane et laetor. Nuper igitur quum nundinas inter vernales Lipſiam reviſerem, in qua pul-

cherrima Muſarum Gratiarumque ſede biennium olim jucunde tranſegi, mox apud Cl. *Reiſkium*, quo hoſpite utebar, ſermo incidit in libellum hunc, qui modo Lipſiae prelo erat commiſſus, et in ſpecimen, quod ſcripſeram emendationum in ſcriptores Arabicos. Monſtrabam ego Viro Celeb. ſchedas manu mea exaratas, et rogabam, ut libello meo ſuis laudibus forte parum commendabili commendationis aliquid et ornamenti ipſe adderet. Tum Vir longe humaniſſimus benigne ſtatim polliceri, ſe loca *Elmacini* ab *Hottingero* et a me ſiniſtre accepta aut procurata brevi libello, quem meo adderem, explanaturam, nec polliceri tantum, ſed et praeſtare. Igitur has quoque, elegantiſſimas in *Elinacinum* animadverſiones, quas cum ſummae erga me voluntatis ſignificatione ad me perſcripſerat Vir Celeb. Addendis hiſce adjeci, et obſervationibus meis purpurae inſtar ſubtexui.

Atque haec erant, Erudite Lector, quae, priusquam ad haec Addenda legenda accederes, ignorare te nolui. Vale. Scripſi Kilonii a. d. XXVIII. Sept. MDCCLXVII.

Pag. 12. v. 7. Καλυϑὼν l. Καλυδὼν.

Digitized by Google

— v. 8. Conjecturae ad v. 65. propoſitae pro non ſcriptis ut habeantur rogo. Mihi dubium jam nullum eſt, quin a Poetae manu ſit: Θύρσιδος ἅδ' ἁ φωνὰ, id eſt ἅυτη ἡ φωνή, *Thyrſidis haec ipſa vox. Heſychius:* ἅδ' ἄυρα, ἅυτη ἡ πνοή. Sic enim ibi legendum arbitror.

— v. 12. l. τί τυ τάκεαι;

— v. 15. l. φορεῖται;

P. 14. v. 22. At utrumque l. Ad utrumque.

— v. 24. videt l. ridet.

— v. 26. adde: De Iynge apud *Suidam* locus eſt corruptiſſimus: Ἴυγξ, Ἠχοῦς ἡ Πειθοῦς θυγάτηρ, ἱερονίκης καὶ Ἀφροδίτης. καταφαρμάττουσα δὲ τὸν Δία ἐπὶ τοιούτοις ἀπελιθώθη. Reponendum fortaſſe, modo non ex turbido et corrupto fonte ſua hauſerit ipſe *Suidas:* Ἴυγξ, Ἠχοῦς ἡ Πειθοῦς θυγάτηρ, ἡ ὄρνεον τῆς Ἀφροδίτης. καταφερμάττουσα γὰρ τὸν Δία εἰς τὸν τῆς Ἰοῦς πόθον pro εἰς τὸν τῆς Ηοῦς πόθον. Diſſentit autem a vulgari narratione *Theocriti* Scholiaſtes, qui Iynga ad *ſui* amorem magicis artibus Iovem pellicere conatam tradit. Apud quem etiam in verbis, ἣν ἐν κατασκευῇ τινι ἡ Σιμαίθα ἔχουσα, ταῦτα ἐπᾴδει, ex Codice Lipſienſi manu exarato

Digitized by Google

rata, quem nuper, cum Lipſiam reviſerem, uſibus meis ex Bibliotheca ſenatoria benigne conceſſit Illuſtris et Magnificus *Bornius*, quo Conſule literarum amantiſſimo diu laetetur Lipſia. Habet nempe Codex ille praeter octo *Theocriti* Idyllia cum aliquot Scholiis et *Sophoclis* tres tragoedias, etiam *Heſiodi* ἔργα καὶ ἡμέρας cum *Moſchopuli* Scholiis.

— v. 27. dele notulam ad Scholion verſus 67; bene enim habet ἐν φύλοις δὲ καὶ λέχεια ἐπόμπευε. ſed ſupra in Scholio ad v. 66. locus eſt *Nicandri* mirum in modum corruptus; καὶ συνέβδελμαι ἐὰν γλάγος. Repone, quod eſt apud ipſum *Nicandrum* Alexipharm. v. 261. Ἠὲ σύγε βδήλαιο νέον γλάγος.

Pag. 16. v. 7. poſt *adveſperaſſet* adde: ἅμα τῇ νυκτί. Hoc ſenſu enim αὐτίκα aliaque hujus ſignificationis adverbia uſurpant Graeci. Sic *Dio Chryſoſtomus* Or. XI. p. 187. A: τὸν Μενέλαον μὴ διαφέρεσθαι πρὸς τὸν ἀδελφὸν παραχρῆμα τῆς εὐεργεσίας, *ſtatim a beneficio accepto*. Plura de hac forma notavit Cl. *Reiskius* Animadv. ad *Dio. Chryſoſt.* pag. 35.

— v. 4. a fine poſt ἢὲ θέων adde: quod certe operarum eſt peccatum, quas ſaepius, quam notavit Illuſtriſſimus Editor, cujus excellens ingenium et elegantem doctrinam permagni facio, in his Epigrammatis, peccaſſe manifeſtum eſt.

Pag. 17. v. 10. poſt ῥηγνυμέναν adde: Praeſtat tamen apud *Theocritum* lectio vulgata, et habuit μὴ τὺ κορύψῃ in ſuo codice *Virgilius*, qui hunc in modum expreſſit Ecl. IX, 25.

Occurſare capro, cornu ferit ille, caveto.

P. 25. v. 16. Κηρίον l. Κηρίου.

P. 34. poſt v. 3. inſere: Ad v. 157. in Scholio male junguntur iſta: δράγματα καὶ μάκωνας] δράγματα τὰ πλεκώματα φησὶ, τοὺς σωροὺς ἢ τοὺς θημῶνας. Interpone: καὶ μάκωνας τοὺς σωροὺς ἢ τοὺς θημῶνας.

— poſt v. 4. inſere: V. 14. θὲς γ' ἰσομάτορα ἀμνόν. Elegans et blanda admodum apud *Valckenarium* ad *Euripidis* Phoeniſſ. v. 1518. conjectura *Pierſoni*: λιπομάτορα ἀμνόν, *depulſum a lacte*, ut loquitur *Virgilius*, qui forte et hoc ex *Theocriteo* fonte hauſerit. Nec tamen temere damnaverim vulgatum ἰσομάτορα, ſed obiter corrigam, niſi jam

occu-

Digitized by Google

occupatum eſt, *Heſychium*, et qui eum exſcripſit, *Phavorinum*: ἰσομάτωρ ὁ τῇ Δήμητρι ἴσος. Scribendum haud dubie: ἰσομάτωρ ὁ τῇ μητρὶ ἴσος.

P. 35. v. 3. a fine ἄλοιτο; l. ἅλοιτο.

— v. 3. a fine ἐξηραμμένου l. ξηραινόμενον.

P. 36. poſt v. 27. adde: Supra v. 3. ὑπὸ στείραισι ſervari fuerat potius, veteribus libris in hac ſcriptura conſpirantibus. Vide quae nec noſtro loco neglecto eleganter, ut ſolet, diſputat Amiciſſimus noſter *Heynius* ad *Virgilii* Ecl. I, 46. ubi eodem ſenſu dictum ſuſpicatur *ſubmittite tauros* pro *admittite*, ut et *Nemeſianus* dixerit Cyneg. v. 114. *Huic* (cani feminae) *parilem ſubmitte marem.* In ſcholio ad hunc verſum *Theocriti* ſcribendum puto: ἐπὶ στείραισι ταύρους ἐφέντες, et στεῖραι καλοῦνται διὰ τὸ στερεὸν εἶναι τὸ σῶμα, — ἢ παρὰ τὸ στερεῖσθαι τοῦ κύειν.

P. 37. v. 15. et 22. l. ἀλίφλοιος.

— v. 27. σιτανίων l. σατνίων.

P. 38. v. 11. poſt ἀποχέας τὸ ὕδωρ adde τρίβειν τοῖς ποσὶν, εἶτα ὕδωρ.

P. 39. v. 18. l. ὄξος.

P. 41. v. 23. παταγώνιον l. πλαταγώνιον, et adde: Mox in Scholio ad v. 65 ſcribe πιτύας

pro

Digitized by Google

pro πιτέαν. *Heſychius*: τάμισος, ἡ πιτύα. Scholiaſtes *Nicandri* Θηριακῶν p. 23. Gorr. τάμισον τὴν πιτύαν λέγει, ἥτις ἐπὶ τῶν ἤδη γαλακτοτροφουμένων εὑρίσκεται. χρῶνται δὲ αὐτῇ πρὸς πῆξιν τῶν τυρῶν. Καὶ Νικέων ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἀρίστην τὴν πιτύαν εἶναι φησὶν πρώτην τὴν τοῦ νεβροῦ, δευτέραν δὲ τὴν τοῦ λαγωοῦ, καὶ τρίτην τὴν τοῦ ἐρίφου, ἧς μέμνηται ὁ Θεόκριτος. Locus eſt Idyll. VII, 16. ubi et Scholiaſtes, τάμισος δὲ ἡ πιτύα, inquit.

P. 42. v. 3. ἀοῖ; Ἤλυθες l. ἠοῖ, Ἤλυθες.

P. 51. v. 10. l. ἐν ὀλβίῳ.

P. 54. v. 6. contractionis l. ἀποκοπῆς.

— poſt v. 16. inſere: V. 87. Παύσασθ' ὦ δύστανοι, ἀνάνυτα κωτίλλοισαι. Τρύγονες ἐκναισεῦντι πλατυάσδοισαι ἅπαντα. Interpunctione hic locus mihi hunc in modum juvandus videtur:

Παύσασθ' ὦ δύστανοι· ἀνάνυτα κωτίλλοισαι
Τρύγονες ἐκναισεῦντι πλατειάσδοισαι ἅπαντα.

Diſinite, o miſerae! infinite garrientes turtures occident, enecabunt me lato ore pronuntiantes omnia. Πλατειάσδοισαι ſcribi jam voluit *H. Stephanus* Theſ. L. G. Tom. III. col. 354. B. Τὸ ἐκναίειν, quo verbo carent Lexica, ejusdem certe eſt ſignificationis cum ἀπο-

κναίειν,

κνάειν, quod pro *moleſtum eſſe* et *moleſta garrulitate obtundere aliquem* Graecis frequentatur. Atque hoc ſenſu ſcripſerat, opinor, et Scholiaſtes: ἐκκναισεῦντι δὲ ἀντὶ τῦ διαφθεροῦσι, non διαλέγουσι. De voce ἀποκναίειν exquiſita more ſuo dederunt *Ruhnkenius* ad *Timaeum* p. 30. et *Pierſonus* ad *Moerin* p. 73. Nobis ſufficit notaſſe, Graecis etiam ſimpliciter ſine adjuncto accuſativo dici ἀποκναίειν, ut hoc loci ἐκκναίειν. *Ariſtophanes* Veſpis v. 679.

'Αλλ' αὐτήν μοι τὴν δουλείαν οὐκ ἀποφαίνων
ἀποκναίεις.

Eleganter, ut omnia, *Horatius* Epod. XIV, v. 5. ſq.

Candide Maecenas, occidis ſaepe rogando;
Deus, deus nam me vetat
Inceptos olim, promiſſum carmen, Iambos
Ad umbilicum adducere.

P. 64. v. 21. l. περίφημον.
P. 67. v. 19. l. πλύνες.
P. 71. v. 9. poſt ἐφίεται dele comma.
P. 75. v. 3. poſt Daphnis adde: mein Aratus.
— v. 16. l. itzt wirſt ſie die Hündin.
— v. 23. dele deine.
P. 77. v. 28. dele überall.

P. 78.

Digitized by Google

P. 78. v. 4. poſt am ſchilfreichen Geſtade inſere vom Anbruch der Morgenröthe an.

P. 79. v. 8. l. und oft.

P. 80. v. 20, l. flöchteſt.

P. 82. v. 3. ſüſſer als Honig l. ſüſſer als dicke Milch.

— v. 22. l. um eines jungen Knaben willen.

P. 87. v. 12. poſt *Gagnierium* dele cum.

P. 88. v. 3. af. l. تجوب.

P. 90. v. 7. l. كانت.

— v. 2. af. l. واخوته.

P. 94. v. 2. poſt الله inſere صلعم قبانته

— v. 12. فابت l. نابت.

— v. 15. نم l. لم.

— v. 18. l. الجدود.

— v. 21. et 22. l. الليالي.

P. 96. v. 4. a fine l. الفريضة (*decretrum, mandatum Dei*) من فتح البلاد.

Atque haec habui, Erudite Lector, quae in meis emendarem. Iam vero communicabo tecum animadverſiones in *Elmacini* Cl. *Reiskii*, quas ab eo mecum communicatas ſupra dixi.

„*Elmacini Erpeniani* p. 125. 36. etiam انعزل „correxeram, ſed omittam ea annotare, in

„quibus cum *Hottingero* conſentio. Teſtis „ipſe Tu es, mi *Koehlere*, Te cum codicem „meum *Erpenianum Elmacini* Tibi inſpiciendum „exhiberem, reperiſſe pleraque ita a me emen- „data, ut cum *Hottingeri* codice et cum veri- „tate conſentirent. Ad p. 129. v. 19. patet „غدا legendum eſſe pro غد; quod nihili eſt. „In altero verſu colligis ex *Herbeloto* ſcriben- „dum eſſe هابطة من بكر وهي برج. „Sed obſtant multa, quo minus Tibi aſſentiar. „Primum ſol non declinat in ſigno Virginis, „deinde Arabes ſignum Virginis non بكر, ſed „ سنبلة *ſpicam* appellant, aut ſi quando *Vir-* „*ginis* nomen uſurpant, non بكر, ſed العذراء „uſurpant. v. *Th. Hyde* notas ad tabulas lon- „gitut. et latitud. ſtellarum fixarum ex obſer- „vatione *Ulugh Beighi* p. 40. De interpreta- „tione ſignorum zodiaci ſymbolica et ethica, „qua Arabes utuntur, incerta ſunt omnia. „Fieri poteſt, ut alii ſignum virginis, alii ſi- „gnum librae pro ſymbolo laetitiae habuerint. „Denique metrum non conſtat, ſi duo voca- „bula inſerciantur. Poſtremo libra melius, quam „ſignum Virginis, regi convenit, quem admo- „nere poeta vult, jus ipſi ex aequo et vero ad- „miniſtrandum eſſe. Sol, ait, ſtatim decli-

„nat,

Digitized by Google

„nat, quam primum egreſſus eſt ſignum li„brae; ita rex qui a juſtitiae rigida adminiſtra„tione deſciſcit, et commoda civium ſuis vo„luptatibus poſtponit, ſtatim in praeceps it, ſi„mulac negligere partes ſibi demandatas inci„pit, et jus aequum diſtribuere penſi non ha„bet. Reddendi itaque ſic ſunt verſiculi non „male tornati: *Quum rex voluptatibus diſtrin„gitur, pronuncia regno ejus imminere peſtem et „deſolationem. Annon vides ſolem in libra decli„nare, qui aſteriſmus eſt jocorum et hilaritatis.*

„P. 130. vſ. 3. Toto coelo, quod pace Tua „dixerim, a lectione vera et a recta interpre„tatione aberraſti, mi *Koehlere*. Ut brevis „ſim, ita legendus eſt et interpretandus ver„ſus *Nabegae* apud Arabas longe celeberrimi „uſus, quemadmodum poeta inter nobiliſſimos „ab illis habetur:

كليب لعمري كان اكثر ناصرا وايسر
ذنبا منك ضرج بالدم

„*Colaib cum multo pluribus, quam tu, ſeptus eſ„ſet protectoribus, et multo, quam tu, leviora pec„caſſet, tamen foedatus eſt cruore*, hoc eſt, perem„tus eſt. Nota omnia de Colaibo, de cujus „inſolentia, ſuperbia, potentia et tyrannide

 „tam

Digitized by Google

cherrima Muſarum Gratiarumque ſede bien-nium olim jucunde tranſegi, mox apud Cl. *Reiskium*, quo hoſpite utebar, ſermo incidit in libellum hunc, qui modo Lipſiae prelo erat commiſſus, et in ſpecimen, quod ſcripſeram emendationum in ſcriptores Arabicos. Monſtrabam ego Viro Celeb. ſchedas manu mea exaratas, et rogabam, ut libello meo ſuis laudibus forte parum commendabili commendationis aliquid et ornamenti ipſe adderet. Tum Vir longe humaniſſimus benigne ſtatim polliceri, ſe loca *Elmacini* ab *Hottingero* et a me ſiniſtre accepta aut procurata brevi libello, quem meo adderem, explanaturam, nec polliceri tantum, ſed et praeſtare. Igitur has quoque, elegantiſſimas in *Elinacinum* animadverſiones, quas cum ſummae erga me voluntatis ſignificatione ad me perſcripſerat Vir Celeb. Addendis hiſce adjeci, et obſervationibus meis purpurae inſtar ſubtexui.

Atque haec erant, Erudite Lector, quae, priusquam ad haec Addenda legenda accederes, ignorare te nolui. Vale. Scripſi Kilonii a. d. XXVIII. Sept. MDCCLXVII.

Pag. 12. v. 7. Καλυθὼν l. Καλυδὼν.

Digitized by Google

— v. 8. Conjecturae ad v. 65. propoſitae pro non ſcriptis ut habeantur rogo. Mihi dubium jam nullum eſt, quin a Poetae manu ſit: Θύρσιδος ἅδ' ἁ φωνά, id eſt ἅυλη ἡ φωνή, *Thyrſidis haec ipſa vox.* *Heſychius:* ἅδ' ἄυρα, ἅυλη ἡ πνοή. Sic enim ibi legendum arbitror.

— v. 12. l. τί τὺ τάκεαι;

— v. 15. l. φορεῖται;

P. 14. v. 22. At utrumque l. Ad utrumque.

— v. 24. videt l. ridet.

— v. 26. adde: De Iynge apud *Suidam* locus eſt corruptiſſimus: Ἴυγξ, Ἠχοῦς ἡ Πειθοῦς θυγάτηρ, ἱερονίκης καὶ Ἀφροδίτης. καταφαρμάττουσα δὲ τὸν Δία ἐπὶ τοιούτοις ἀπελιθώθη. Reponendum fortaſſe, modo non ex turbido et corrupto fonte ſua hauſerit ipſe *Suidas:* Ἴυγξ, Ἠχοῦς ἡ Πειθοῦς θυγάτηρ, ἡ ὄρνεον τῆς Ἀφροδίτης. καταφερμάττουσα γὰρ τὸν Δία εἰς τὸν τῆς Ἰοῦς πόθον pro εἰς τὸν τῆς Ἠοῦς πόθον. Diſſentit autem a vulgari narratione *Theocriti* Scholiaſtes, qui Iynga ad *ſui* amorem magicis artibus Iovem pellicere conatam tradit. Apud quem etiam in verbis, ἣν ἐν κατασκευῇ τινι ἡ Σιμαίθα ἔχουσα, ταῦτα ἐπᾴδει, ex Codice Lipſienſi manu exa-

rato

rata, quem nuper, cum Lipſiam reviſerem, uſibus meis ex Bibliotheca ſenatoria benigne conceſſit Illuſtris et Magnificus *Bornius*, quo Conſule literarum amantiſſimo diu laetetur Lipſia. Habet nempe Codex ille praeter octo *Theocriti* Idyllia cum aliquot Scholiis et *Sophoclis* tres tragoedias, etiam *Heſiodi* ἔργα καὶ ἡμέρας cum *Moſchopuli* Scholiis.

— v. 27. dele notulam ad Scholion verſus 67; bene enim habet ἐν αὐτοῖς δὲ καὶ λέχεια ἐπόμπευε. ſed ſupra in Scholio ad v. 66. locus eſt *Nicandri* mirum in modum corruptus; καὶ συνέβδελμαι ἐὰν γλαῦγος. Repone, quod eſt apud ipſum *Nicandrum* Alexipharm. v. 261. Ἠὲ σύγε βδήλαιο νέον γλάγος.

Pag. 16. v. 7. poſt *adveſperaſſet* adde: ἅμα τῇ νυκτί. Hoc ſenſu enim αὐτίκα aliaque hujus ſignificationis adverbia uſurpant Graeci. Sic *Dio Chryſoſtomus* Or. XI. p. 187. A: τὸν Μενέλαον μὴ διαφέρεσθαι πρὸς τὸν ἀδελφὸν παραχρῆμα τῆς εὐεργεσίας, *ſtatim a beneficio accepto*. Plura de hac forma notavit Cl. *Reiskius* Animadv. ad *Dio. Chryſoſt.* pag. 35.

— v. 4.

Digitized by Google

— v. 4. a fine poſt ἐκ θέων adde: quod certe operarum eſt peccatum, quas ſaepius, quam notarit Illuſtriſſimus Editor, cujus excellens ingenium et elegantem doctrinam permagni facio, in his Epigrammatis, peccaſſe manifeſtum eſt.

Pag. 17. v. 10. poſt ῥηγνυμένων adde: Praeſtat tamen apud *Theocritum* lectio vulgata, et habuit μή τυ κορύψῃ in ſuo codice *Virgilius*, qui hunc in modum expreſſit Ecl. IX, 25.

Occurſare capro, cornu ferit ille, caveto.

P. 25. v. 16. Κηρίον l. Κηρίου.

*P. 34. poſt v. 3. inſere: Ad v. 157. in Scholio male junguntur iſta: δράγματα καὶ μάκωνας] δράγματα τὰ πλεκώματα φησὶ, τοὺς σωροὺς ἢ τοὺς θημῶνας. Interpone: καὶ μάκωνας τοὺς σωροὺς ἢ τοὺς θημῶνας.

— poſt v. 4. inſere: V. 14. θὲς γ' ἰσομάτορα ἀμνόν. Elegans et blanda admodum apud *Valckenarium* ad *Euripidis* Phoeniſſ. v. 1518. conjectura *Pierſoni*: λιπομάτορα ἀμνὸν, *depulſum a lacte*, ut loquitur *Virgilius*, qui forte et hoc ex *Theocriteo* fonte hauſerit. Nec tamen temere damnaverim vulgatum ἰσομάτορα. ſed obiter corrigam, niſi jam occu-

occupatum eſt, *Heſychium*, et qui eum exſcripſit, *Phavorinum*: ἰσομάτωρ ὁ τῇ Δήμητρι ἴσος. Scribendum haud dubie: ἰσομάτωρ ὁ τῇ μητρὶ ἴσος.

P. 35. v. 3. a fine ἄλοιτο; l. ἄλοιτο.

— v. 3. a fine ἐξηραμμένου l. ξηραινόμενον.

P. 36. poſt v. 27. adde: Supra v. 3. ὑπὸ στείραισι ſervari fuerat potius, veteribus libris in hac ſcriptura conſpirantibus. Vide quae nec noſtro loco neglecto eleganter, ut ſolet, diſputat Amiciſſimus noſter *Heynius* ad *Virgilii* Ecl. I, 46. ubi eodem ſenſu dictum ſuſpicatur *ſubmittite tauros* pro *admittite*, ut et *Nemeſianus* dixerit Cyneg. v. 114. *Huic* (cani feminae) *parilem ſubmitte marem*. In ſcholio ad hunc verſum *Theocriti* ſcribendum puto: ἐπὶ στείραισι ταύρους ἐφέντες, et στεῖραι καλοῦνται διὰ τὸ στερεὸν εἶναι τὸ σῶμα, — ἢ παρὰ τὸ στερεῖσθαι τοῦ κύειν.

P. 37. v. 15. et 22. l. ἀλίφλοιος.

— v. 27. σιτανίων l. σατνίων.

P. 38. v. 11. poſt ἀποχέας τὸ ὕδωρ adde τρίβειν τοῖς ποσὶν, εἶτα ὕδωρ.

P. 39. v. 18. l. ὄξος.

P. 41. v. 23. παταγώνιον l. πλαταγώνιον, et adde: Mox in Scholio ad v. 65 ſcribe πιτύας

pro

Digitized by Google

pro πιτέιαν. *Heſychius*: τάμισος, ἡ πιτύα. Scholiaſtes *Nicandri* Θηριακῶν p. 23. Gorr. τάμισον τὴν πιτύαν λέγει, ἥτις ἐπὶ τῶν ἤδη γαλακτοτροφȣμένων ἑυρίσκεται. χρῶνται δὲ αὐτῇ πρὸς πῆξιν τῶν τυρῶν. Καὶ Νικάων ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἀρίςην τὴν πιτύαν εἶναι φησὶν πρώτην τὴν τȣ̃ νεβροῦ, δευτέραν δὲ τὴν τȣ̃ λαγωȣ̃, καὶ τρίτην τὴν τȣ̃ ἐρίφȣ, ἧς μέμνηται ὁ Θεόκριτος. Locus eſt Idyll. VII, 16. ubi et Scholiaſtes, τάμισος δὲ ἡ πιτύα, inquit.

P. 42. v. 3. ἀοῖ; Ἤλυθες l. ἠοῖ, Ἤλυθες.

P. 51. v. 10. l. ἐν ὀλβίῳ.

P. 54. v. 6. contractionis l. ἀποκοπῆς.

— poſt v. 16. inſere: V. 87. Παύσασθ' ὦ δύςανοι, ἀνάνυτα κωτίλλοισαι. Τρύγονες ἐκναισεῦντι πλατυάσδοισαι ἅπαντα. Interpunctione hic locus mihi hunc in modum juvandus videtur:

Παύσασθ' ὦ δύςανοι· ἀνάνυτα κωτίλλοισαι
Τρύγονες ἐκναισεῦντι πλατειάσδοισαι ἅπαντα.

Diſinite, o miſerae! infinite garrientes turtures occident, enecabunt me lato ore pronuntiantes omnia. Πλατειάσδοισαι ſcribi jam voluit *H. Stephanus* Theſ. L. G. Tom. III. col. 354. B. Τὸ ἐκναίειν, quo verbo carent Lexica, ejusdem certe eſt ſignificationis cum ἀποκναίειν,

κνάειν, quod pro *moleſtum eſſe* et *moleſta garrulitate obtundere aliquem* Graecis frequentatur. Atque hoc ſenſu ſcripſerat, opinor, et Scholiaſtes: ἐκκναισεῦντι δὲ ἀντὶ τῦ διαφθεροῦσι, non διαλέγουσι. De voce ἀποκναίειν exquiſita more ſuo dederunt *Ruhnkenius* ad *Timaeum* p. 30. et *Pierſonus* ad *Moerin* p. 73. Nobis ſufficit notaſſe, Graecis etiam ſimpliciter ſine adjuncto accuſativo dici ἀποκναίειν, ut hoc loci ἐκκναίειν. *Ariſtophanes* Veſpis v. 679.

Ἀλλ' αὐτήν μοι τὴν δουλείαν οὐκ ἀποφαίνων
ἀποκναίεις.

Eleganter, ut omnia, *Horatius* Epod. XIV, v. 5. ſq.

Candide Maecenas, occidis ſaepe rogando;
Deus, deus nam me vetat
Inceptos olim, promiſſum carmen, Iambos
Ad umbilicum adducere.

P. 64. v. 21. l. περίφημον.
P. 67. v. 19. l. πλύνες.
P. 71. v. 9. poſt ἐφίεται dele comma.
P. 75. v. 3. poſt Daphnis adde: mein Aratus.
— v. 16. l. itzt wirſt ſie die Hündin.
— v. 23. dele deine.
P. 77. v. 28. dele überall.

P. 78.

P. 78. v. 4. poſt am ſchilfreichen Geſtade inſere vom Anbruch der Morgenröthe an.

P. 79. v. 8. l. und oft.

P. 80. v. 20, l. flöchteſt.

P. 82. v. 3. ſüſſer als Honig l. ſüſſer als dicke Milch.

— v. 22. l. um eines jungen Knaben willen.

P. 87. v. 12. poſt *Gagnierium* dele cum.

P. 88. v. 3. af. l. تجوب.

P. 90. v. 7. l. كانت.

— v. 2. af. l. واخوته.

P. 94. v. 2. poſt الله inſere صلعم فبانتنة

— v. 12. فابت l. نابت.

— v. 15. نم l. لم.

— v. 18. l. التجدون.

— v. 21. et 22. l. الليالي.

P. 96. v. 4. a fine l. الفريضة (*decretrum*, *mandatum Dei*) من فتح البلاد.

Atque haec habui, Erudite Lector, quae in meis emendarem. Iam vero communicabo tecum animadverſiones in *Elmacini* Cl. *Reiskii*, quas ab eo mecum communicatas ſupra dixi.

„*Elmacini Erpeniani* p. 125. 36. etiam انعزل „correxeram, ſed omittam ea annotare, in

 „quibus

„quibus cum *Hottingero* conſentio. Teſtis „ipſe Tu es, mi *Koehlere*, Te cum codicem „meum *Erpenianum Elmacini* Tibi inſpiciendum „exhiberem, reperiſſe pleraque ita a me emen„data, ut cum *Hottingeri* codice et cum veri„tate conſentirent. Ad p. 129. v. 19. patet „غدا legendum eſſe pro غد, quod nihili eſt. „In altero verſu colligis ex *Herbeloto* ſcriben„dum eſſe هابطة من بكر وهي برج. „Sed obſtant multa, quo minus Tibi aſſentiar. „Primum ſol non declinat in ſigno Virginis, „deinde Arabes ſignum Virginis non بكر, ſed „سنبلة *ſpicam* appellant, aut ſi quando *Vir*„*ginis* nomen uſurpant, non بكر, ſed العذراء „uſurpant. v. *Th. Hyde* notas ad tabulas lon„gitut. et latitud. ſtellarum fixarum ex obſer„vatione *Ulugh Beighi* p. 40. De interpreta„tione ſignorum zodiaci ſymbolica et ethica, „qua Arabes utuntur, incerta ſunt omnia. „Fieri poteſt, ut alii ſignum virginis, alii ſi„gnum librae pro ſymbolo laetitiae habuerint. „Denique metrum non conſtat, ſi duo voca„bula inſerciantur. Poſtremo libra melius, quam „ſignum Virginis, regi convenit, quem admo„nere poeta vult, jus ipſi ex aequo et vero ad„miniſtrandum eſſe. Sol, ait, ſtatim decli„nat,

Digitized by Google

„nat, quam primum egreſſus eſt ſignum li-
„brae; ita rex qui a juſtitiae rigida adminiſtra-
„tione deſciſcit, et commoda civium ſuis vo-
„luptatibus poſtponit, ſtatim in praeceps it, ſi-
„mulac negligere partes ſibi demandatas inci-
„pit, et jus aequum diſtribuere penſi non ha-
„bet. Reddendi itaque ſic ſunt verſiculi non
„male tornati: *Quum rex voluptatibus diſtrin-
„gitur, pronuncia regno ejus imminere peſtem et
„deſolationem. Annon vides ſolem in libra decli-
„nare, qui aſteriſmus eſt jocorum et hilaritatis.*

„P. 130. vſ. 3. Toto coelo, quod pace Tua
„dixerim, a lectione vera et a recta interpre-
„tatione aberraſti, mi *Koehlere*. Ut brevis
„ſim, ita legendus eſt et interpretandus ver-
„ſus *Nabegae* apud Arabas longe celeberrimi
„uſus, quemadmodum poeta inter nobiliſſimos
„ab illis habetur:

كليب لعمري كان اكثر ناصرا وايسر
دنبا منك ضرج بالدم

„*Colaib cum multo pluribus, quam tu, ſeptus eſ-
„ſet protectoribus, et multo, quam tu, leviora pec-
„caſſet, tamen foedatus eſt cruore*, hoc eſt, perem-
„tus eſt. Nota omnia de Colaibo, de cujus
„inſolentia, ſuperbia, potentia et tyrannide

 „tam

„tam pleni ſunt Arabum libri, atque graeco-
„rum de Piſiſtratidis, Dionyſiis, Phalaride aut Aga-
„thocle. منكى addidi e *Nuwairio*, qui pro دنيا
„dat جرما, quod ad ſententiam idem eſt.

„P. 134. vſ. 14. leg. eſt مدارس ايات.
„Recte vertiſti *ſcholae Alcoranicae;* ſed pro *le-*
„ctione malim *recitatione.* Nam تلاوة eſt re-
„citatio, cum aliquid memoriter recitatur, non
„quod de libro legas, ſed memoriter pronun-
„ties, ut nos *Pater noſter* recitamus. Vſ. 15.
„Recte pro frigidis et ineptis traducis illos
„verſiculos, *Koehlere* doctiſſime, ſed ita eſt
„ingenium Arabum recentium in aulis et oppi-
„dis nutritorum. Scenitae enim ita non ine-
„ptiunt. Nihil nos valde moratur praeter
„وقدمها. Bene tamen accidit ut *Hottinger*
„e codice ſuo annotarit وقد أمّها, tametſi nul-
„lus dubito, *Hottingerum* in ſuo codice non
„hoc, ſed وقدامها, unum vocabulum, re-
„periſſe, quod ille diſcerpſerit in duo, addito
„Teſchdid de ſuo. Apparet illum non perce-
„piſſe neque ſententiam verſiculi, neque ve-
„ram lectionem, quae facile poterat ex illis
„ſat claris veſtigiis indagari. Legendam ſcil.
„eſt وقرامها *Wakeramoha.* قرام eſt *velum*,

„prae-

Digitized by Google

„praeſertim pictum, unde latini plebeji medio „aevo formarunt vocabulum latinobarbarum „*Buqueramus*, vel *Bukeramus*, ex ابى قرام v. „*Du Cange* Gloſſ. Lat. v. *Buqueramus*. Eſt „ergo ſententia huius verſiculi haec: *Miror* „*itaque, qui factum ſit, ut malus et antennae hu-* „*jus navis* (عيدانها) *et ejus velum* (قرامها) „*non virident aut frondeant.*

„P. 130. vſ. 1. Duas e ſuo Codice lectio- „nes annotavit *Hottinger*, quarum altera mera „eſt varians lectio, altera correctio. Bene ha- „bet فدع, quod eſt Imperativus a ودع *omit-* „*te.* Alii codices dederunt فادح, quod eſt „ſic vocalibus inſtruendum فَادَحْ, ut ſit im- „perativus a ىحى et ſignificet *repelle a te.* „Sed ألتانيب verum eſt. Sententia hujus „verſus haec eſt. *Fac me deliquiſſe; alii multi* „*pariter deliquerunt: miſſam itaque fac crebrita-* „*tem reprehenſionum* (aut noli me tam acerbe „et putide et odioſe inſectari). In altero ver- „ſu recte correxit *Hottinger* تثريب لا. Sed „alterum فقل ego equidem ſervem *Dic-dic* „*inquam* — Eadem pag. vſ. 20. nil miror *Hot-* „*tingerum* lapſum eſſe. Locus eſt oppido dif- „ficilis: neutra ejus conjectura locum habere

Digitized by Google

„poteſt. Mihi in mentem venit leg. eſſe „يغنّيه *cantabat eum.* In شرابه ſubjiciendum „eſt literae penultimae punctum, ut ſit شرابه „item primae literae vocis proximae ſuperſcri- „bendum punctum, vt ſit ظاهرا. Sed pau- „lo ante praeteruidit *Hottinger* vitium vſ. 17. „pro صبير leg. eſt صبر in imperatiuo. et ſen- „tentia totius loci haec: *Iuſſit al Mamun (au- „ctore meo hiſtorico) vt patrueli ſuo Ibrahimo de- „cem millia aureorum numerarentur, his cum ver- „bis: Confer te, mi patruelis, ad ſodalitium tuum, „et redi ad priſtinam hilaritatem vitae. Non „enim ad te proficiſcetur a me quicquam, niſi ami- „cum et iucundum tibi. Redibat itaque Ibrahim „filius el Mahdii ad compotationes ſuas, et ſolebat „in corona compotorum al Mamunum cantare* (ſeu „laudes eius decantare) *palam, vt intelligeret al „Mamunusque aliique omnes, ipſi* (Ibrahimo) *nul- „lum manſiſſe reliquum deſiderium Chalifatus.*

„Pag. 137. recte ſuſtulit alterum vitium „*Hottingerus*, ſed alterum intactum praeteriit. „انطاعو mutari debet in طوانه Τύανα, vn- „de famoſus ille Apollonius Tyanenſis prodiit, „quomodo etiam verſu 19. eſt ſcribendum, „non طوابه, vt voluit *Hottingerus*, item pag. 138. vſ. 14.

Pag.

„Pag. 138. vſ. 25. leue et in oculos nemi-
„ni non incurrens vitium ſuſtulit *Hottinger*, ſed
„grauius et occultius vlcus intactum praeterit
„vſ. 24. vbi pro رنا leg. فدكا *reddidit liberis*
„*Phathimae arcem Phadak*; de qua v. *Gagnie-*
„*rii Abulf.* p. 91. vſ. 6. Idem ipſi accidit vſ.
„34. Correxit النجوم recte; ſed debebat et-
„iam proximum اعنت corrigere quod nihili eſt.
„Scribe اغنت et vſ. 36. خلقوه بناحية
„طرسوس مثلما خلقوا Sententia diſtichi
„haec eſt: *Vidiſtine vnquam ſidera quicquam*
„*profuiſſe al Mamuno eiusque regno; tametſi fir-*
„*mis radicibus nixo? Deceperunt eum ſidera in*
„*tractu Tarſi, quemadmodum deceperant patrem*
„*eius in Thus.* Similitudo quaedam ſoni, quae
„eſt in Arabicis inter طرسوس *Tarſus* et
طوس *Thus*, in Latinis conſeruari nequit.

Haec ſunt, quae hoc tempore ſuper hoc argumento ad Te, *Koehlere* praeſtantiſſime, Amice Cariſſime, ſcribenda ducerem. Poteram plura, ſed pauca volebamus ambo. Innumeras correctiones multis ante annis *Elmacino* meo adſcripſi, quem Tu oculis vſurpaſti. Sed poſſim multo plures nunc addere. Cur autem faciam, a ſtudiis Arabicis plane abhorrens in hoc frigore huius literaturae? Referva-

vata maneto gloria reſtituti *Elmacini* melioribus temporibus, quae viuendo equidem haud attingam, et alii, cuicunque fortuna partes has dabit. Congratuler Tibi ſi fortuna Tibi hanc palmam tribuerit, quod fieri poſſit, ſi ſtudium hominum erga literas arabicas ardentius, quam ego equidem expertus ſum, et temporis diuturnitas, et vſus longior rerum Arabicarum, et aſſiduitas lectionis ſtudia Tua maturauerit. Interea coeptis Tuis et conatibus his haud contemnendam ſpem de Te mouentibus bona fide applaudo et congratulor. Scripſi Lipſiae d. 16 Maji 1767.

Hactenus Vir Clariſſimus, cui pro hoc etiam ſuae erga me voluntatis documento gratias ago, quas poſſum, maximas. Prius autem quam manum de tabula, coronidis loco, quia nunc licet, nec alienum videtur, ex Lexico hiſtorico MS. *Abu Zacarjae* *) adiicere decreui

*) Librum hunc ſane utiliſſimum, ex quo egregie poſſet augeri et emendari *Herbeloti* Bibliotheca Orientalis, cum decem aliis Codicibus MSS. Arabicis et Perſicis, qui olim Doctoris mei, B. *Heilmanni* fuerunt, Göttingae nuper haud magno pretio mihi comparavit Civis et Amicus meus jucundiſſimus, *Iuſtus Frid. Froriep*, Art. M.,

Digitized by Google

ereti locum de *an Nabeghah*, poeta illo apud Arabes nobiliſſimo, cuius verſiculum apud *Elmacinum* ſupra ſiniſtre a nobis procuratum praeclare emendatum dedit Cl. *Reiskius*. Corrigi autem ex hac narratione poterunt et ſuppleri, quae habet Herbelotus B. O. p. 653. A. En ipſum locum: النابغة الجعدي الصحابي رضي الله عنه مذكور في المهذب في باب زكوة الثمار واسمه قيس بن عبد الله وقيل عبد الله بن قيس وقيل حبان بن قيس بن عمرو بن عدس بن ربيعة بن جعدة بن كعب بن ربيعة بن عامر بن صعصعة العامري الجعدي هذا هو الاشهر في نسبه وقيل فيه غير ذلك

M., cujus ingenium et eruditionem hoc loco publice laudarem, ſi, quem ſcripta ſua mox ſatis laudabunt, mea laude aut commendatione egere videretur. Titulus, libri in prima pagina Codicis noſtri ſcriptus ita habet: كتاب تهذيب الاسماء, et eundem puto cum illo, qui in Catalogo Bibliothecae Lugduno-Batavae p. 485. n. 1870. nominatur كتاب تهذيب الاسماء واللغات لابي زكريا يحيي النووي.

غير ذلك وهو من الشعراء المشهورين
وفي الشعراء جماعة يقال لكل واحد منهم
النابغة وهذا الذي في المهذب هو
الجعدي الصحابي وكان من المعمرين
عاش في الجاهلية والاسلام عمرا طويلا
قيل عاش ماية وثمانين سنة قال ابن
قتيبة في المعارف عاش مايتين واربعين
سنة ومات باصبهان قالوا وعاش الي
ايام ابن الزبير وتوفي ابن الزبير سنة
ثلث وسبعين قال ابن عبد البر وغيره
انما قيل له النابغة لانه قال الشعر في
الجاهلية ثم تركه نحو ثلثين سنة ثم
نبغ فيه بعد فقاله فقيل له النابغة قالوا
وفي شعره في الجاهلية ضروب من
التوحيد واثبات البعث والجنة والنار
وله قصيدة اولها الحمد لله لا شريك
له من لم يقلها فنفسه ظلما وفيه
ضروب من دلايل التوحيد والاقرار بالبعث
والجزاء والجنة والنار وقيل ان هذا
الشعر لامية بن ابي الصلت قالوا وقد
صححه يونس بن حبيب وحماد الراوية
ومحمد بن سلام وعلي بن سليمن
الاخفش

الاخفش للنابغة الجعدي وفد علي
النبي صلعم وانشد قصيدته الرايية وفيها
اتيت رسول الله ان جاء بالهدي ويتلو
كتابا كالمجرة نيرا وروي النايعة عن
النبي صلعم وهذا النابغة الجعدي اسن
من النابغة الذبياني ومات الذبياني
ثم عمر الجعدي بعده طويلا ☼



INDEX

Digitized by Google

INDEX
SCRIPTORVM VETERVM,
QVI IN
HOC EMENDATIONVM CORPVSCVLO EMENDANTVR.

Abulfedae Annales	87 - 9
- - - Geographia	
Bohadini Vita Salad.	
Callimachus	19. 28
Dionyſius Periegetes	33
Elmacinus	
Etymologicum M.	11
Galenus	29. 30
Heſychius	12. 37. 65
Meleager in Epigr.	58. 60. 66
Nubienſis Geographus	
Orpheus	64
Phavorinus	9. 10. 27. 28. 53
Plutarchus	31
Polyſiſtratus in Epigr.	16
Scholiaſtes Apollon. Rhodii	32. 44
- - - Homeri	29. 39
Sophocles	32
Strato in Epigr.	42
Suidas	31. 32. 72
Theophraſti Hiſtoria Plant.	23

Digitized by Google

Digitized by Google

740

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Gt 14.394
Notae et emendationes in Theocritum
Widener Library 005855411
3 2044 085 252 286

Digitized by Google